

quod autem ypus fuit sursum appre-
ciens in gemuit/ fuit ad osten-
dendum quod omne remedium/
est inde tamen deuocione
querendum/ quod homo de
bonis actibus suis non
debet querere laudes hominum

In illis diebus

sequitur misereor super tur-
bam quia ecce iam tri-
duo me sustinent/ triduo vo-
cantur sustinent qui contri-
ti confessi et satisfacientes ex
suo posse dei bonitatem
expectant/ quos miseretur
et pascit eos septem pa-
nibus i. septem donis spiritus
sancti ne deficiant in via
huius vite. per sportas re-
manentes significantur vii do-
tes/ que resultant de ...
post hanc vitam/ que sunt
clara dei visio/ fruitio tentio
quantum ad animam/ impassi-
bilitas/ subtilitas/ agilitas/
et claritas/ quantum ad corpus
in nouo et obiciunt phari-
zei Ihesus signum querentes de
celo ypus non dedit/ qui
temptatores erant et indigni
implus tamen dedit/ qui ypis
credentibus in celum ascen-
dit videre et tangere afer-

mto Thomas fermentum vo-
cat doctrinam corruptibilem/
herodiani enim doctores erant/
qui herodem ypm esse di-
cebat/ pharizei uero dicunt
homini de populo ponere
bant et venit bethsai-
dam et ad dominum ceci ...
per hoc autem quod illum ceci
illuminant successiue signa
uit quod aliquem deus dat
suam graciam augmentando
primam datam/ interrogabat
discipulos suos dicens quem
me dicunt esse homines per
hoc ostendens quod doctores 427
debent in quere de sua fama
ut si bona sit bonis operibus
augeatur/ si uero mala oratio
uero tollatur/ nam bona
fama doctoris facit ad eius
doctrinam/ mala ad
detrimentum eius. Cum quidam
responderunt recitat ut eius
pro confessione et cepit
illos docere eos quia oportet
filium hominis pati etc.
Vade retro me per hoc ostendit
quod illi qui detrimentum afferunt
carnali de hoc apto non
sunt enim sequi/ peter quod
peteret quod primo permittet
enim sepelire patrem suum

dixit dimitte mortuos
sepelire mortuos suos aut
[illegible] Si quis vult me sequi
denegabit semetipsum Beda
per[illegible]onis tres ponenda
sunt aia pactis aut tempore
frangenda sunt [illegible] eter-
na. Capitulum nonum

Et dicebat il-
lis Amen quidam de hic
stantibus gustare mortem
est in omne [illegible] mortis
quia facient illi qui regnum
dei semper attendunt et qui
se libertatem bonae mentis indicias
contempserunt Et post sex di-
es assumpsit Ihesus petrum Et post
diebus peractis et vidit [illegible]
quod ipse quod sex dies [illegible]
per totius mundi seculis quo
completo Ihesus suos ut dis-
cipulos i. electos ducet in mon-
tem et celestem emperium
gloriosos in aia et corpore
Videntes eius gloriam sin-
gularem et moysen et heli-
am tunc colloquentes i. le-
gem et prophetas tunc eternam
concordantes quod aut petrus
dixit faciamus hic tria tab-
ernacula nesciunt quod diceret
nam omnia ab gloria bona sunt

sicut unus de vaticinio dicere-
mus hic in illa sunt di-
ligit gradibus precepit illis
necunquam quod vidissent
narraret sed hoc ondens
quod secreta divina non sunt
nisi debito tempore publican-
da Helias cum venit sed
hec ostendit duplicem helias
primum et adventum Christi du-
plicem officium sed Helias
facit homo moneat sicut
cautatione sicud primus adve-
ntus fuit in mansuetudine
officium non secundi facit per
lalius tempore ne claritate
totate quia secundus ad
ventus est in potencia et
maiestate Magister attuli fi-
lium meum ad te spiritum
ab infancia vexatum ad
monem significatur populum ab
infancia mittens sicut spiritum
idolatrat Vides quod deprim[illegible]
quamque annos quae tum tenuit
spiritu in sinu suo Videt demo-
nes in spiritum malos de-
mentes et rapientes
ipsum et omnino deum blasphe-
mantes et statim conspira-
nt et quod tali ceciderunt acce-
dente recepit malicia sub-
ditur. Quantum [illegible] nuncium 9,16
quia talis adventum bo-
num sumit et unum ubique 9,17

Luc 3,1 bo imperii qd aut subditur
Johannis tempore pollens principatus
describitur sub tempore imperatoris
et pontificum et principum
est designatum illius ex
cellenciam quam in tanta
habebant ut potentissimus
summus imperator et pontifex
gubernator omnium aspiciebat
3,2 factum est verbum domini super
Johannem per quem signi
ficatur evangelium. Unde quia super
eum debet esse verbum domi
ni eius instinctum viven
do et docendi recepturus et
non eorum sicut plures in
questionem pro libitu suo scrip
turam pervertunt estimantes consequi
temporale lucrum. In deserto debuit
enim fieri revelaciones
divine quia in terra deserta invia
et inaquosa sic in sancto
apparui tibi ut viderem vir
tutem tuam et gloriam tuam. Et
Lc 3,3 venit in omnem regionem
Jordanis id est in loca spaciosa
in quibus pateat magis
proficere et in hoc dedit
exemplum predicatoribus eorum
qui non debet querere loca
vacationis sed fructificacionis
ubi divini verbi clamat in
deserto. Ambrosius id est in gen
tium populo qui desertum dicitur
eo quod predicator spiritus implet
pace. Viam domini predicatorum
verbi hominum corda preparant

ut ipse dentes ingrediatur
3,5 scripturam omnis vallis
implebitur quod sit quam prius
accipere suae salutis
gratiam. Omnis mons et
collis humiliabitur cedendo
superbis obedientie dis
sipatur. Et prava fiunt
in directa quando distorsio
adversitatis iniusticie
reparatur. Et aspera in
vias planas quando
peccatum bonum effi
citur leve quod prius erat
durum et sic disponitur
auditor videre domini ad
beatitudinem salutare
dei. Dicebat autem ad
turbas hoc secundum mun
sensum litteralem dice
bat propter phariseos et sadu
ceos in malo obstina
tos ut patet in quibus
subditur. Genimina vipe
rarum quis ostendit vobis
fugere a ventura ira dei
quod dicitur nullus quia prin
cipaliter videtur veritas in fri
horrendum chaos in
fermi ad declinandum penam eterni
tatis assimilis dicitur mo
nia ad nutritum trahe
ntia fortis meduis ad de
mum conscia dicens
peccator sic comprehensus
quo fugere potuit latere
et impossibile apparet
aut intollerabile quo

3,8 sibi dicit. Facite ergo dignum
fructum penitentie. Hec enim
via euadendi mala pre
dicta et necessitas dicto re
presentem. Herodis abraham
tam sive sanguinem parentum nostris
sanctitas propria iuuta po
test peccatores saluare. Iam
securis ad radicem ar
boris posita est. Ista securis
est diuina talor naturalis
qui cottidie consumit hu
midum radicale quo con
sumpto arbor mala per
quam significatur peccator ex ci
dit per mortem et quasi
tum ad cuiam mittitur ad
gehennam. Qui habet duas
tunicas det unam non haben
ti. Per quas possunt intelligi que
tenuine vestes in telligi
nam habens eas debet eas
applicare ad bonum proxi
mi. Et qui habet escas simi
liter faciat. Corporales esce
possunt esse scientie quia in
hiis debet proximum spiritua
liter pascere. Venerunt autem
publicani per quos in
telligi possunt officiales et
persone qui non debent
amplius exigere nisi quod con
stitutum est secundum ordinem
3,14 iustitie. Interrogabant
autem eum milites dicentes
per quos intelligi possunt

prelatos quos exhortatur apostolus
ad ephesios dicens Accipi
te armaturam dei et in fi
ne dicit et gladium
spiritus quod est verbo et sic
in deprecatores in ducendo
neque calumpniam faciat
proditatem subtrahendo
reputantes eos indig
nos exhortationis verbo
et contenti estote stipendiis
vestris. Que stipendia sunt
redditus assignati pas
toribus possessionibus hu
tibus et elemosinam
dante mendicantibus.
Existimante autem populo de 3,15
Johanne ne forte ipse
esset christus videt penitens
in spiritum quasi humiliant
et ipsum extollant in
significatur peccator euitandus ne de
bonis operibus suis non
querat laudem suam
si diuinam. Herodes autem te
tracha iste qui ligauit
Johannem in carcere eo
quod de malis suis arguebat eum terribiliter et
qui simulia faciunt sunt
similes hereticos qui
per medium praecipere
vel occidere querit. Jesu
baptizato et orante aper Lc 3,21
tum est celum. Hedano

Incipiunt Omelie beati augustini episcopi

Intuentes quod modo audivimus ex lectione apostolica quod animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei et cogitantes in hac presente turba caritatis vestre necesse esse ut multi sint animales qui adhuc secundum carnem sapiunt nondum quod se possint ad spiritualem intellectum erigere Hesito vehementer quo dominus dederit possim dicere vel pro modulo meo explicare quod lectum est ex ewangelio

Omelia prima b. aug. epi

In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum hoc enim animales homo non percipit. Quid ergo fratres silebimus hinc. Quare ergo legitur si silebitur. aut quare auditur si non exponitur. Sed et ut quod exponitur si non intelligitur. Itaque quoniam rursus esse non dubito in numero vestro quosdam a quibus possit non solum expositum capi sed et antequam exponatur intelligi ne fraudabo eos qui possint capere dum timeo superfluus esse auribus eorum qui non possunt capere. Postremo aderit misericordia dei fortasse ut omnibus satisfiat et capiat quisque quod potest. quia et qui loquitur dicit quod potest. Nam dicere ut est quis potest. Audeo dicere fratres mei forsitan nec ipse Johannes dixit ut est. Sed et ipse ut potuit. quia de deo homo dixit. equidem inspiratus a deo. Sed tamen homo quia inspiratus est. dixit aliquid si non inspiratus esset. dixisset nichil quia vero homo inspiratus non totum quod est dixit. sed quod potuit homo dixit. Erat enim iste Johannes fratres karissimi de illis montibus de quibus scriptum est Suscipiant montes pacem populo tuo et colles iustitiam. Montes excelse anime sunt. Colles parvule anime sunt. Sed ideo montes excipiunt pacem ut colles excipere possint iustitiam. Que est iustitia quam colles excipiunt. fides. quia iustus ex fide vivit. Non autem acciperent minores anime fidem nisi maiores anime que montes dicte sunt ab ipsa sapientia illustrarentur ut possint parvulis traicere quod possent capere et vivere ex fide. colles quia montes pacem suscipiunt. Ab ipsis montibus dictum est ecclesie Pax vobiscum. Et ipsi montes pacem annunciando ecclesie non se diviserunt adversus eum a quo susceperunt pacem ut veraciter non ficte nunciarent

patem Sut aut alij montes na
ufragosi · quoquisqz nauem cu
impulerit soluitur Facile e em
cum uidetur terra aprichtantib
quasi conari ad terram Sed ali
qn uide^r terra i mote et saxa la
tent sub mote · Et cum qsqz co
natur ad motem incidit in saxa
et no ibi inuenit portum sed
planctu · sic fuerunt quidam
motes et magni apparuerunt
inter homines et fecerunt here
ses et scismata et diuiserunt eccl'as
dei Isti qui diuiserunt ecclesiam
non erant illi montes de quib
dictum est · Suscipiant mon
tes patem p̄plo tuo · Quo em
patem susceperunt · q̄ unitatem
diuiserunt · Qui aute suscepe
runt patem nunciandam p̄plo ·
Contemplati st ipam sapiam ·
quantum potuit ab humanis cor
dibus conspici · ul contingi q̄d
nec oculus uidit nec auris au
diuit nec in cor homis ascendit
Si in cor hominis no ascendit
quo ascendit in cor iohannis
An non erat homo Johanes
An forte nec in cor johannis
ascendit · Sed cor Johis in illa
ascendit · Quod em ascendit
in cor homis deimo e ad hoiem
Quo aut ascendit cor homis
sursum est ab homine Etia sic
fres dici pt · quia si ascendit in
cor Johannis si aliquo pt dici
In tantum ascendit in cor Jo
hannis in q̄ntu ipe iohannes
non erat homo Quid e no erat
homo in q̄ntum ceperat esse an
gelus · quia omnes angeli sunt
annunciatores dei Deo carnali
bus et animalibus no valen
tibus percipe que sunt spus dei
Quid sic ait aplus Cum em di
catis Ego sum pauli · ego appollo
Nonne homines estis · quid eos vo
lebat facere · quibus exprobra
bat quia homines erant Vol
nosse quid eos facere volebat
Audite in psalmis Ego dixi
dij estis · et filij altissimi omes
Ad hoc ergo nos vocat deus ne
simus homines Sz tunc in me
lius non erimus homines · si
prius nos ee homines agnoscam
id est ut ad illam celsitudine
ab humilitate surgamus ne cu
putamus nos aliquid esse · cu
nichil simus non solum no
accipiamus q̄d no sum' · sed et
amittam' quod sumus Ergo
fres de his montibus et iohes
erat qui dixit In principio
erat vbm et vbm erat apud dm
et deus erat vbm Susceperat
patem mons iste contempla
batur diuinitatem vbi Quals
erat iste mons q̄m excelsus
transcenderat omia cacumina
terrarum transcenderat omnes
campos aeris · transcenderat
omnes altitudines syderum ·
transcenderat omes choros et
legiones angelorum Nisi em
transcenderet ista omia que
creata sunt no perueniret ad eu
per quē facta sunt omnia No
potestis cogitare quid transce
derit

nisi videatis quo pervenit. Que-
ris de celo et terra facta sunt. Que-
ris de hys que sunt in celo et in
terra. Utique multo magis et ipsa
facta sunt. Queris de spiritualibus
creaturis. de angelis archan-
gelis sedibus dominationibus
virtutibus potestatibus principatibus
et ipsa facta sunt. Nam cum enu-
meraret hec omnia psalmus conclu-
sit. Ipse dixit et facta sunt. ipse
mandavit et creata sunt. Si
dixit et facta sunt per verbum
facta sunt. Si autem per verbum
facta sunt non potuit Johannis
cor pervenire ad id quod ait.
In principio erat verbum et
verbum erat apud deum et deus
erat verbum. Nisi transcendisset
omnia que sunt facta per verbum.
Qualis ergo iste mons quam
sanctus. quam altus inter illos
montes qui suscipiunt pacem
populo dei ut possint colles susci-
pere iusticiam. Videte ergo fratres
Ne forte de ipsis montibus est
Johannes. De quibus paulo
ante cantavimus. Levavi
oculos meos in montes unde
veniet auxilium michi. Er-
go fratres mei si vultis intelli-
gere. levate oculos vestros in
istum montem id est erigite vos
ad evangelistam. Erigite vos
ad eius sensum. Sed quia mon-
tes isti pacem suscipiunt. Non
potest autem esse in pace. qui spem
suam ponit in homine. Nolite
sic erigere oculos in montem
ut putetis in homine pacem ve-
stram esse collocandam. Et sic di-
cit. Levavi oculos meos in
montes unde veniet auxilium
michi. ut statim subiungeret
Auxilium meum a domino qui
fecit celum et terram. Ergo leve-
mus oculos in montes unde ve-
niet auxilium nobis. Et tamen
non ipsi montes sunt in quibus
spes nostra ponenda est. Accipiunt
enim montes quod nobis ministrent
Unde et montes accipiunt ibi
spes nostra ponenda est. Oculos
nostros cum levamus ad scripturas
quia per homines ministrate sunt
scripture. Levamus oculos nostros
ad montes unde auxilium veniet
et nobis. Sed tamen quia ipsi
homines qui scripserunt scrip-
turas non de se lucebant. sed
ille erat lumen verum qui illuminat
omnem hominem venientem in
hunc mundum. Mons erat et
ille Johannes baptista qui
dixit non sum ego christus. Ne quisquam
in montem spem ponens
cideret ab illo qui montes
illustrat. Et ipse confessus ait
Quoniam de plenitudine eius
omnes accepimus. ita debes di-
cere. Levavi oculos meos in
montes unde veniet auxilium
michi. ne auxilium quod tibi
venit montibus imputes sed
sequaris et dicas. Auxilium

meu a domino qui fecit celum et terram Ergo fres ad hoc ista monuerim ut qm erexistis corda ad scripturas cum sonaret ewn In principio erat verbu et vbum erat apud deum et deus erat verbum. Et cetera que lecta sunt Intelligatis vos leuasse oculos ad motes Nisi em montes ista dicerent unde omino cogitaret non inueniret Ergo ex montib venit nob auxilium ut hec vl audiretis sed nondum potestis intelligere quod audistis Inuocate auxilium a domino qui fecit celum et tram Ergo montes sic potuerunt loqui ut no possint ipi illuiare Qa et ipi illuiati sunt audiedo Inde qui hec dixit accepit Johannes ille fres qui discumbebat sr pectus domini et de pectore domi bibebat qd nob ppinaret Et ppinauit vba Intellectum autem inde debes capere Unde et ipe biberat qui tibi ppinauit ut leues oculos ad montes unde veniet auxiliu tibi ut inde tamqm calicem ide vba ppinata accepis et tamen quia auxilium tuu a domino qui fecit celum et trraz Inde impleres pectus vn impleuit ille. Unde dixisti Auxilium meu a domino q fecit celum et tram Qui pt ergo implere impleat Fres h dixi leuet quisqz cor suum. quo illud videt ydoneum et capiat quod dicitur Sz forte h dicat quia uos ego sum psentior qm deus Absit Multo est ille presentior Nam ego oculis vris appareo. Ille consciencie psidz Ad me aures ad illum cor. ut utrumqz impleat Ecce oculos vros et sensus istos corpis leuat ad nos nec ad nos Non em vos de illis montib sz ad ipsum ewm ad ipm ewangelistam. Cor autem implendu ad dominu. et unusquisqz sic leuet. ut videat quid leuet et quo leuet Quod dixi quod leuet et quo leuet quale cor leuet videat. et quo leuet videat quia ad deum leuat ne sarcina voluptat carnalis pregrauatum. ante cadat qm fuit sub leuatu Sz videt se quis ferre onus carnis. det opam per continenciam ut purget quod leuet ad deum. Beati em mundo corde qm ipi deum videbunt Nam ecce quid prodest quia sonuerunt vba. In principio erat vbum et vm erat apud deum et deus erat vm Et nos diximus vba cum loquemur Nunquit tale vm erat apud deu Nonne ea que diximus sonuerunt atqz transierunt Ergo si et vm dei sonuit. et pactum e Quo omia per ipm facta sunt et sine ipo factum est nichil Quo per illud regitur. quod p illud creatu est si sonuit et

transijt · quale ergo v̄bum quod
et dicitur et non transijt · Inten-
dat caritas vr̄a · magna res ē
cottidie dicendo vā et viluerunt
nobis · Quia sonando verba · et
transeundo viluerunt · et nichil
aliud uidentur quam vā · Est
v̄bum et in ipso homine quod
manet intus · Nam sonus pro
cedit ex ore · Est v̄bum quod ve
spiritualiter dicitur · illud q̄d
intelligitur de sono · nō ipē sonus
Ecce v̄bum dico · cum dico deus
Quam breue est quod dixi quatuor
litteras et sillabas duas · Nunquid
Nam hoc totus est · deus quatuor littere
et due sillabe · An quantum hoc
uile est · tantum carū ē · quod i
eis intelligitur · Quid factum
est in corde tuo · cum audisses deus
Quid factum ē in corde meo cu
dicerem deus · Magna et summa
quedam substantia cogitata ē
que transcendat omnem muta
bilem creaturam carnalem et aīa
lem · Et si dicam tibi deus mu
tabilis est · an incommutabilis
rndebis · Ita absit ut ego uel cre
dam · uel sentiam commutabilem
deum · Inmutabilis est deus
Anima tua quamuis pua q̄n
uis forte adhuc carnalis nō
michi potuit rndere · nisi in
commutabilem deum · Omnis aūt
creatura mutabilis · Quid ergo
potuisti scintillare in illud · q̄d
est super omnem creatūram · ut c̄
tus michi rnderis incommuta
bilem dm̄ · Quid est ergo illud
in corde tuo cum cogitas quandā
sbām viuam ꝑpetuam · omnī
potētem · infinitam · ubique p̄n
tem · vbique totam · nusquam in-
clusam · Vn ista cogitas hoc
est verbum de deo in corde tuo ·
Nunquid autem hoc est sonus ille
qui quatuor lr̄is constat et
duabus sillabis · Ergo quecumque
dicuntur et transeunt · soni sunt
· lr̄e sunt · sillabe sunt · hoc v̄bum
transit quod sonat · Quod aūt
significauit sonus · et in cogi
tante ē qui dixit · et intellige
te q̄ audiuit · manent hec tra
seuntibus sonis · Refer animū ad
illud vbm̄ · si potes hr̄e v̄bum i
corde tuo · tamquam consiliū na
tū in mente tua · ut mēs tua
pariat tamquam consilium · et insit
consilium q̄si proles mentis tu
e · quasi filius cordis tui · Prius
enim cor generat consiliū · ut
aliquam fabricam construat ·
aliquid amplū in terra moliaris
Iam natū ē ꝯsiliū et opus nondū
impletum ē · Vides tu que fac
turus es · sed alius non miratur n
cum feceris et construxeris mo
lem et fabricam illam ad ex
culpcōm perfectionemque pduxeris
Attendunt homines mirabile
fabricam et mirantur · ꝯsiliū
fabricantis stupent quod uident ·
et amant quod nō uident · Quis
ē q̄ pt̄ uidere consilium · Ergo
ex aliqua magna fabrica lau
datur humanū consiliū · Vis
uidere quale consilium dei est
Dominus ihc xpc id ē vbm̄ dei ·
Attende fabricam istam mu
di · Vide que sint facta per vbm̄ ·
et tunc cognoscas quale sit v̄
bum · Attende hec duo mundi
corpora celum et terram · Quis
explicat v̄bis ornatum celi
Quis explicat v̄bis fecunditate

terre · quis digne collaudat te-
porum vices Cuius digne colla
udat semina vim Videtis que
taceam ne diu commorando par-
detam forte · qd potest cogitare
Fabricta ergo ista anima ad ista ·
quale vbum est per qd facta e
et non sola facta est Omnia
enim ista videntur quia ptinet
ad sensum corporis · Per illud v
bum et angeli facti sunt Per
illud et archangeli facti sunt
ptates sedes · dominationes pn
cipatus per illud vbum fac
ta sunt omnia Hinc cogita
te quale vbum e · Videt michi
modo forte nescio quis Et qs
hoc vbum cogitat Noli tibi q
quasi vile quid facere · cum
audis vbum et formare vba
que audis cottidie Ille talia vba
dixit · talia vba locutus est · talia
vba michi narras Assidue em
dicendo nomina vbor quasi vi
luerunt vba · et qn audis In
principio erat vbum et vbu
erat apud deum et deus erat
vbum · ne vile aliquid puta
res · quale consueuisti cogitare ·
Cum vba humana soleres au
dire Audi quod cogites · deus erat
vbum Exeat nunc nescio quis
infidelis Arrianus et dicat qr
vbum dei factum est Quo pt
fieri ut vbum dei factum sit ·
Cum deus per vbm fecit omnia
Si et vbum ipm fcm e · per qd
aliud vbum factum est · si et
vbum ipm factum est si hoc
dicis quia hoc est vbum · est
vbum vbi per quod factu est
illud Ipm dico ego vnicu filiu

dei Si autem non dicis vbu vn
cum de no factum · per quod fa
cunt omnia Non enim per seipm
fieri potuit per quod facta sunt
omnia · Credo ergo ewangeliste
Poterat enim dicere In princi°
fecit deus vbum · quo dixit mo
yses In principio fecit deus ce
lum et terram et omnia sic enu
merat · dixit deus fiat et facta
sunt · si dixit · quis dixit vtiqz
deus Et quod factum e creatu
aliqua Inter dicentem deum ·
et factam creaturam · quid e per
quod factum e · n vbm · quia di
xit deus et factum e Hoc vbu
incommutabile · qmuis mutabi
lia per vbum fiant · ipm inco
mutabile e · Noli ergo credere
factum per quod facta sunt · ra
ne non reficiaris per vbm per
quod reficiuntur omnia Iam em
factus es per vbum s; oportet
te refici per vbm Si autem
mala fuit fides tua de vo no
poteris refici per vbm · et si tibi
contingit fieri per vbum ut
per illud factus sis · p te deficis
Et si p te deficis ille te reficiat
qui te fecit Si per te deterior ef
ficieris · ille te recreet q te cre
avit Quo autem te recreet
per vbm si male aliquid senti
as de vbo ewangelista dicit In
principio erat vbum · et tu dicis
In princi° factu e vbm · Ille oia
p seipm facta sunt dicit et tu
dicis · quia et ipm vbum fcm
est Poterat dicere ewangelista
In princi° fcm e vbm Sz quid
ait In princi° erat vbm Si erat

non e factum ut ista omnia p se=
ipm fieret et sine ipo nichil
Si ergo erat in principio v
bum et vbm erat apud deum
et ds erat vbm Si no potes co
gitare quod sit differ ut crescas
Ille cibus est Accipe lac ut
nutriaris ut sis validus ad
capiendum cibum Pane fres
quod sequitur omnia p ipm fca
sunt et sine ipo factum est
nichil. Videte ne sic cogitetis
quia nichil aliquid. Solent n.
dicere multi male intelligen
tes sine ipo factum e nichil
aliquid e nichil Peccatum
em quidem non p ipm factum
est Et manifestum e quia pc
catum nichil est. et nichil fi
unt homies cum pccant Et
ydolum non per vbum factum
est. Het quidem forma qn
dam huana. Sz ipe homo per
vbm fcus est Nam forma ho
minis in ydolo non p vbm fca
est. Scriptum est Scimus
quia nichil est ydolum Er
go ista non sunt facta p vbm
Sz quecumqz fca st naliter.
quecumqz sunt in creaturis.
omnia omnino q fixa in celo
sunt. que fulgent de super
que volitant sub celo et que
mouentur vniuersa natura
rerum omnis omnino creatura
Dicam planius. dicam fres
ut intelligatis ab angelo us
qz ad vermiculum Quid precla
rius angelo in creaturis quid
extremius vermiculo i crea
turis per que factus e angelus

per ipm factus es et vermiculus
Sz angelus dignus est celo.
vermiculus terra Qui creauit ipe
disposuit Si poneret vermiculum
in celo reprehenderes. si vellet
angelos nasci de putrescentibus
carnibus reprehenderes et tamen
ipe hoc facit deus et non est
reprehendendus Nam omnes
homines de carne nascentes quid
sunt nisi vermes et de vermibus
angelos facit Dicit em ipe do
minus dicat ego aut sum vermis
et non homo. Quis dubitat
hoc dicere quod scriptum est Et
in Job quanto magis homo putre
do filius hominis vermis Pri
mo dixit homo putredo Postea et
filius hominis vermis. quia v
mis de putredine nascitur Ideo
homo putredo et filius hois
vermis Ecce quod fieri voluit
ppter te illud quod in pn° erat
vbm et vbm erat apud dm et
deus erat vbm Quare hoc fac
tum est ppter te. ut sugeres
qui manducare no poteras
Omnino ergo fres sic accipite
Omnia per ipm facta sunt et
sine ipo factum est nichil Vni
uersa em creatura per ipm
facta est. maior. minor. p
ipsum facta sunt. supera. in
fera. spualia corpalia p ipm
facta sunt Nulla em forma.
nulla compages. nulla concor
dia partium. nulla qlisqmqz
sba que pt hre pondus. nmm
mensuram nisi per illud vbm
et ab illo vbo creatore cui dictum
est omnia in mensura et nuo

et pondere disposuisti. Nemo ergo
vos fres fallat quando forte te-
dium patimini a muscis. Etenim
aliqui derisi sunt a dyabolo.
et a muscis capti sunt. Solent
enim aucupes ponere in mu-
scipula muscas ut esurientes
aues decipiant. Sic et isti a
muscis a dyabolo decepti sunt.
Nam nescio quis tedium pa-
tiebatur a muscis. Inuenit
eum manicheus tedio affectu
et cum diceret se non posse pati
muscas et odisse illas vehemen-
ter statim ille. Quis fecit has.
Et qui tedio affectus erat et
oderat illas non ausus est dicere
Deus illas fecit. Erat autem
catholicus. Ille statim subie-
cit. Si deus illas non fecit quis
illas fecit. Plane ait ille. Ego
credo quia dyabolus fecit mu-
scas. Et ille statim. Si dyabo-
lus muscas fecit sicut te vi-
deo confiteri quia prudenter
intelligis. Apem quis fecit que
paulo amplior est musca. Non
est ille ausus dicere quod deus
apem fecit et muscam non fecit
quia res erat proxima. Ab ape
perduxit ad locustam. A locus-
ta ad lacertam. A lacerta
ad auem. Ab aue perduxit
ad pecus. inde ad bouem inde
ad elephantum. Postremo ad
hominem et persuasit homini
quod non a deo factus est homo.
Ita ille miser cum tedium pas-
sus esset a muscis musca factus
est quem dyabolus possideret.

Beelzebub quippe interpretari
dicitur princeps muscarum de
quibus dictum est muscae morientes ex-
terminant oleum suauitatis. Quid
igitur fres quare ista dixi. Clau-
dite aures cordis vestri aduer-
sus dolos inimici. Intelligite quia
deus fecit omnia et in suis gra-
dibus collocauit. Quare autem
patimur multa mala a crea-
tura quam fecit deus. Quia offen-
dimus deum. Numquid hec angeli
patiuntur. Fortassis et nos in
illa vita ista non timebimus. De
pena tua peccatum tuum accu-
sa. non iudicem. Nam propter su-
perbiam instituit deus ut ista cre-
atura minima et abiectissima
ipsa nos torqueret ut cum super-
bus fuit homo et se iactauit
aduersus deum. et cum sit mortalis mor-
talis mortalem terruerit et cum
homo sit proximum hominem
non agnouit. Cum se erexit.
pulicibus subiciatur. Quid est quod
te inflas humana
superbia. homo tibi dixit con-
uicium et tumuisti et iratus es
Pulicibus resiste ut dormias
Cognosce quid sis. Nam ut no-
ueritis fres propter superbiam nostram
domandam creata sunt ista
que molesta nobis essent. populum
pharaonis superbum potuit deus
domare de ursis de leonibus
de serpentibus. Muscas et ranas
illis immisit. ut rebus vilissi-
mis superbia domaretur. Omnia
ergo fres. omnino omnia per ipsum
facta sunt et sine ipso factum est
nichil. Sed quo per illum fa-

sunt omnia. Quod factum est
in illo vita est. Potest enim sic di-
ci. Quod factum est in illo vita
est. Ergo totum vita est si sic
pronunciavimus. Quid enim
non in illo factum est. Ipse est enim
sapientia dei et dicitur in psalmo
Omnia in sapientia fecisti. Si
ergo xpus est sapientia dei. Et
psalmus dicit. Omnia in sapientia
fecisti. Omnia sic per illum facta ita
in illo facta sunt. Si ergo omnia
in ipso facta sunt. et quod in ipso factum est vi-
ta est. Ergo et terra vita est. Ergo et
lignum vita est. Dicimus quidem lignum
vitae. sed secundum intellectum lignum crucis
unde accepimus vitam. Ergo et lapis
vita est. Inhonestum est sic intelli-
gere. ne rursus nos subrepat eadem
sordidissima secta manicheorum
et dicat quod habet vitam lapis. et habet
animam paries et resticula habet
animam et lana et vestis. Solent
enim delirantes dicere. Et cum repres-
si fuerint et repulsi quasi de scriptura
proferunt dicentes. Ut quid dictum est quod
factum est in ipso vita est. Si enim omnia
in ipso facta sunt. omnia vita sunt. Noli-
te induci. pronuncia sic. quod factum
est. hic subdistingue. et deinde infer
in ipso vita est. Quod est hoc. Facta est terra
sed ipsa terra quae facta est non est vita.
Est autem in ipsa sapientia spiritualis
ratio quaedam. qua terra facta est. Haec vi-
ta est. Quomodo possum dicam caritati
vestrae. Faber facit arcam. Primo in arte
habet arcam. Si enim arcam in arte
non haberet. unde illam fabricando profer-
ret. sed arca sic est in arte ut
non ipsa arca sit quae videtur oculis.

In arte invisibilis est. in opere visibilis
erit. Ecce facta est in opere. Numquid
destitit esse in arte. Et illa in opere facta
est. et illa manet quae in arte est. Nam
potest illa arca putrescere. et iterum ex illa
quae in arte est alia fabricari. Atten-
dite ergo arcam in arte. et arcam in
opere. Arca in opere non est vita. Arca
in arte vita est. quia vivit anima
artificis ubi sunt ista omnia antequam pro-
ferantur. Sic ergo fratres karissimi quia sapientia
dei per quam facta sunt omnia. secundum artem
continet omnia. antequam fabricet omnia.
Haec quae fiunt per ipsam artem non con-
tinuo vita sunt. sed quicquid factum est
vita est in illo. Terram vides. Est
in arte terra. Caelum vides. Est in ar-
te caelum. solem et lunam vides.
sunt ista in arte. Sed foris corpora
sunt. in arte vita sunt. Videte si quo-
modo potestis. Magna enim res dicta est
et si non a me magno aut non per
me magnum. tamen a magno.
Non enim a me parvulo dicta sunt haec
sed ille non est parvulus ad quem respicio
ut dicam. Capiat quisque ut potest
quantum potest. Et qui non potest nutriat
cor ut possit. Unde nutriat. de lac-
te nutriat ut ad cibum perveniat.
A xpo per carnem nato non rece-
dat donec perveniat ad xpm ab
uno patre natum. verbum deum apud
deum per quod sunt omnia. Quia illa
vita est quae in illo lux est hominum. hoc
enim sequitur. Et vita erat lux
hominum. Et ex ipsa vita homines
illuminantur. Pecora non illuminantur
quia pecora non habent rationales men-
tes quae possint videre sapientiam. Homo
autem factus est ad imaginem dei

het autem rationalem mentem per quam possit percipere sapientiam. Ergo ista vita per quam sunt facta omnia Ipsa vita lux est. et non quorumcumque animalium sed lux hominum. Unde paulo post dicit. Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ab isto lumine illuminatus est Johannes baptista. Ab isto et ipse Johannes evangelista. et ipso lumine plenus erat qui dixit non sum ego christus sed qui post me venit cuius ego non sum dignus corrigiam calciamenti solvere. Ab ipso lumine illuminatus erat qui dixit. In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Ergo ista vita lux est hominum. Sed forte adhuc stulta corda capere istam lucem non possunt quia peccatis suis aggravantur ut eam videre non possint. Non ideo cogitent quasi absentem esse lucem quia eam videre non possunt. Ipsi enim propter peccata tenebre sunt et lux lucet in tenebris et tenebre eam non comprehenderunt. Ergo fratres quomodo homo positus est in sole cecus. presens est illi sol. sed ipse soli absens est. Sic omnis stultus omnisque iniquus omnis impius cecus est corde. presens est sapientia sed cum ceco presens est. oculis eius absens est. Non quia ipsa illi absens est sed quia ipse absens est ab illa. Quid ergo faciat iste. mundet unde possit videre deum. Quomodo si propterea videre non posset quia sordidos et saucios oculos haberet irruente pulvere vel pituita vel fumo. diceret illi medicus. Purga de oculo tuo quicquid mali est ut possis videre lucem oculorum tuorum. pulvis pituita fumus peccata et iniquitates sunt. Tolle inde ista omnia et videbis sapientiam que presens est quia deus est ipsa sapientia et dictum est. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. et cetera.

Omelia secunda beati augustini episcopi

In eo quod scriptum est fuit homo missus a deo cui nomen Johannes erat usque ad id quod ait plenus gratie et ve[ritatis] ... est.

Bene fratres ut textum divinarum scripturarum et maxime sancti evangelii nullum locum pretermittentes pertractemus ut possumus et pro nostra capacitate pascamur et ministremus vobis unde et nos pascimur. Capitulum primum perlecto die dominico tractatum esse meminimus id est In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil quod factum est. In illo vita est. et vita erat lux hominum et lux in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt. Hucusque tractatum esse credo. Recordamini omnes qui affuistis et qui non affuistis credite nobis et hiis qui adesse voluerunt. Nunc ergo quia

no possumus sp omnia replica
re propter eos qui hoc volunt au
dire quod sequitur et oneri e
illis si repetantur priora cu
defraudatione posteriorum digne
tur Et qui non aderant non
prelecta exigere sz cum hijs
qui aderant et nunc audire
pntia. sequitur fuit homo
missus a deo cui nome erat io
hannes Et em ea q dicta sunt
superius fres karmi de divinitate
x dicta sunt ineffabili et pe
ineffabiliter Quis em capit
In principio erat vbum et v
bum erat apud deum. Et ne
vilescat e nomen vi psuetu
cottidianorum vborum et deus
erat verbum. hc enim idipsum
est Unde hesterno die multa
locuti sumus Et si prestiterit
deus ut vl tantum loquendo
aliquid ad corda nra perduxi
mus In principio erat vbum
Idipm est eodem mo sic est
semper sic e mutari no pt
Hoc e qd nome suu dixit fa
mulo suo moysi Ego sum q
sum Et qui est misit me Quis
ergo hc capiet cum videatis
omnia mortalia mutabilia
cum videat no solu corpa vai
ari per qualitates nascendo cre
scendo deficiendo moriendo sz
etiam ipas animas per affectum
diversarum voluntatum disce
di atqz distendi Cum videatis
homines. et pcipere posse sapi
entiam si se illius luci et calori

admoverint et admitte posse
sapiam. si inde malo affectu re
cesserint Cum videatis ergo
ista ee oia mutabilia. quid
est quod est nisi quod transce
dit omnia que sic sunt ut non
sint Quis ergo hc capit aut
quis quocumqz intenderit vi
res mentis sue ut attingat
quo pt id quod est ut cum id
quocumqz mente attigerit pos
sit pvenire Sic em tamquam
videat q(uis) de longe patriam et
mare interiaceat. Videt quo
eat sed no hz q eat. Sic ad il
lam stabilitatem nram ubi
quod e. e quia hc solum semp
sic est ut est volu pvenire.
Interiacet mare huius secli
qua iam et iam videmus quo imus
Nam multi nec quo eant vident
ut ergo eet et quo iremus venit in
de ad quem ire volebamus Et
quid fecit instituit lignum quo
mare transeamus Nemo em
pt transire mare huius seculi
nisi cruce xpi portatus Hanc cru
cem aliqn amplectitur infir
mus oculis et qui non videt lo
ge quo eat non ab ea recedat
et ipa illum perducat Itaqz
fres mei hc insinuavim cordi
bus vris si vult pie et xiane
vivere Adhere ce xpo secundum
id quod pro nobis factus ut per
veniat ad eum sm id quod est
et sm id quod erat Accessit ut
pro nobis hc fieret quia hc pro
nobis factus e ubi portentur infirmi

et mare seculi transeant ut p
ueniant ad patriam ubi iam
nauis non opus erit quia nul
lum mare trasitur. Melius ē
ergo non uidere mete id qd est
et tamen a cruce ē non rece
dere quam uidere illum mete
et crucem ē contempnē. Bonu
est super hoc et optimu si fieri
pt ut et uideatur quo eundu
sit et teneatur quo portetur
qui pergit. Hoc potuerunt metes
magne montium qui mōtes
dicti sunt quos maxime illustrat
lumen iusticie. Potuerunt et ui
derunt illud quod est. Nam ui
dens Johannes dicebat In pri̅n̅o
erat u̅bum et u̅bum erat apud
deum et deus erat u̅m. Viderunt
hoc et ut peruenirent ad id quod
uidebant de longe a cruce xpi non re
cesserunt et humilitatem ē non
contempserunt. Paruuli u̅o
qui hoc non possunt intelligere
non recedentes a cruce et passione
et re̅ne ē. In ipa naui perdu
cunt ad id qd non uident in q̅
naui perhemur et illi qui ui
dent. At uo quidam phi huius
mundi extiterunt et exquisie
runt creatorem per creatura
qr pt inueniri per creatura
euidenter dicente aplo Inuisi
bilia enim eius a constitucione
mundi per ea q̅ facta sunt in
tellecta conspiciuntur sempiterna
queqz uirtus eius et diuinitas
ut sint inexcusabiles et sequit̄
quia cum cognouissent deū nō
dixit quia non cognouerunt
Sz quia eum cognouissent

deum nō sicut deum glificauerunt
aut gras egerunt sz euanue
runt in cogitationibus suis et
obscuratum ē insipiens cor eorū
nō obscuratum ē. Sequit̄ et dic
apertius. Dicentes enim se ee sapi
entes stulti facti sunt. Viderunt
quo ueniendu esset. sed ingrati ei
qui illis prestitit qd uiderent
sibi noluerunt tribuere quod
uidebant. et facti superbi amise
runt et qd uidebant et conuersi sunt
inde ad ydola et simulacra et
ad cultura demonum adorare
creatura et contempne creatorem.
Sz iam isti elisi ista fecerunt
ut autem allideretur superbierunt
Cum aute superbirent sapietes
se ee dixerunt. Hy ergo de quibus
dixit. Qui cum cognouissent
deum uiderunt hoc quod dicit
Johannes qr p u̅m d̅ facta sunt oīa
Nam inueniuntur ista in libris
phorum et quia unigenitum filium
het deus per quem sunt omnia.
Illud potuerunt uidere quod ē.
sz uiderunt de longe. Noluerunt
tenere humilitatem ē in qua na
ui securi peruenirent ad id qd
longe uidere potuerunt et sor
duit eis crux ē. Mare transeun
dum est et lignum contempnis.
O sapientia superba irrides cru
cifixum xpm. Ipe ē quem longe
uidisti. In principio erat u̅bum
et u̅bum erat apud deum. Sz q̅
re crucifixus est. qr lignum tibi
humilitatis eius nccium erat. Superbia
u̅o tumueras et longe ab illa
patria proiectus eras. et fluc
tibus huius seculi interrupta e
uia et qua transeat ad patriam

Omelia ha .b. aug. epi

non e. nisi ligno porteris. Ingra-
te irrides eum qui ad te venit
ipse ad te venit ut redeas ipse fac-
tus est via. et hoc per mare.
Inde in mari ambulavit. ut
ostenderet esse in mari viam. Sed
tu qui non ipse ambulare in mare,
non potes navi portare. ligno
portare. Crede in crucifixum et
poteris pervenire. Propterea cruci-
fixus est ut humilitatem doceret
et quasi sic veniret ut deus
non agnosceretur. Si enim sic
veniret ut deus non veniret
eis qui videre deum non pote-
rant. Non enim secundum id quod deus
est aut venit aut descendit
cum sit ubique presens et nullo lo-
co contineatur. sed secundum id ve-
nit quod apparuit homo. Quia
ergo sic erat homo ut lateret
in illo deus. Missus est ante il-
lum magnus homo per cuius
testimonium inveniretur plus
quam homo. Et quis est hic.
Fuit homo. Et quo posset ipse
verum de deo dicere missus a
deo. quis vocabatur. cui nomen
erat Johannes. Quare venit.
Hic venit ut testimonium
perhiberet de lumine ut omnes
crederent per illum. Qualis
est iste qui testimonium perhibet
de lumine. Magnum aliquid iste
Johannes ingens meritum
magna gratia magna celsi-
tudo. Mirare plane mirare sed
tamquam montem. Mons autem in
tenebris est nisi luce vestiatur.
Ergo tantum mirare Johannem
ut audias quod sequitur. Non
erat ille lumen. ne cum montem
putas lumen esse naufragium
in montem facias non solatium
invenias. Sed quid debes mirari
montem tamquam montem. Erigite
autem ad illum qui illuminat montes
Qui ad hoc erectus est ut
prior radiatus excipiat et ocu-
lis nuntiet. ergo non erat ille
lumen. Quare igitur venit. sed
ut testimonium perhiberet de
lumine. Et quid hoc. ut omnes
crederent per illum. Et de quo lumine
testimonium perhibet. Erat lux
vera. Quare additur vera. quia
et homo illuminatus dicitur lux.
Sed vera lux illa est que illuminat.
Nam et oculi nostri dicuntur lu-
mina. Et tamen nisi nocte lu-
cerna accendatur aut per diem
sol exeat. Lumina illa sine ca-
patent. Sic ergo et Johannes
erat lux sed non vera lux quia
non illuminat tenebre. sed illumina-
tione factus est lux. Nisi autem
illuminaretur tenebre erant sicut
omnes impii. Quibus iam cre-
dentibus dixit apostolus. Fuistis
aliquando tenebre. Modo autem quia
crediderant quid nunc autem lux
in domino. Nisi adderet in domino
non intelligeremus lux inquit
in domino. tenebre non in domino
eratis. Fuistis enim aliquando tenebre
ubi non addidit in domino. Ergo
tenebre in vobis. lux in domino.
sic et ille non erat lux. sed ut te-
stimonium perhiberet de lumine
Ubi autem ipsa lux. Erat lux
vera que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. Si
omnem hominem venientem

in hunc mund et ipm Johannez
Ipe ergo illuiabat a quo se de
mõrari volebat Intelligat cari
tas vra Venerat em ad men
tes infirmas ad corda saucia
Aciem animi lippientes ad hc
venerat ut inde possit aia
videre quod pfectu e Quo ple
rumq fit ut in aliq corpe ra
diato cognoscatur ortus e
sol quem oculi videre no possu
quia et q saucios hnt oculos
ydonei sunt videre parietem
illuiatum et illustratu a sole
vel montem vel arborem aut
aliquod huiõi ydonei sunt vide
et in alio illustrato demõratur
illis ortus ille cui videndo ad hc
minus ydonea aciem gerunt
Sic g illi omnes ad quos vene
rat xpus minus ydonei erant
eum videre radiauit Johm
et per illum confitentez a se ra
diatum a se illuiatum ee non
qui radiaret et illuiaret cog
tus est ille qui illuminat cogni
tus qui illustrat cognitus est
qui implet Et quis e q illuiat
inquit omez hominez venientem
in hunc mund Nam ille hinc
non recederet no eet illuiand
s ideo hinc illuminand q illic
recessit ubi homo poterat sp
ce illuiari Quid ergo si ve
huc ubi erat in hc mundo erat
hic erat et huc venit hic erat
per diuinitatez huc venit per
carnem Quia cu hic eet per di
uinitatem a stult et cecis et
iniquis videri no poterat Ipi
iniqui tenebre sunt de quibus
dictum e lux lucet in tenebris
et tenebre eam no cophenderet
Ecce hic est et modo et hic erat et
semper hic est et nunq recedit
nusquam se cedit Opus e ut
habeas unde videas qd t nunq
recedit Opus e ut tu no recedas
ab eo qui nunq recedit Opus e
ut tu non deseras et non deser
Noli cadere et no e occidet Si tu
feceris casum ille t fac occasum
Si autem tu stas pns e t Sz
non stetisti recordare un ceci
deris Unde te deiecit q prior te
cecidit Deiecit em te no mo
pulsum s voluntate tua si em
malo non consentires stares il
luiatus maneres Modo aut
quia iam cecidisti et factus es
saucius corde un videri ia lux
pt venit ad te talis qualem
posses videre et talem se hoiez
pbuit ut ab homine quereret testi
moniu deus Ab homine quit te
stimoniu deus et deus testem
het hominez het deus testem
hominez s pter hominez tam i
firmi sumus per lucnã queri
diem quia lucerna dicus est ipe
Johannes dmo dicente Ille erat
lucerna ardens et lucens et vos
voluistis exultare ad horam
lumine eius Ego autem heo
testimoniu maius Johanne
Ergo ondit quia pter homines
voluit per lucnam demõrari
ad fidem credentium atq ipam
lucna inici eius confundentur
Illi em inici quissu teptabant
et dicebant Dic nob in qua
ptate hoc facis Interrogabo vos

et ego inquit unum sermone di
cite in baptismu Johannis · un
est de celo an ex hominibus Et c
bati sunt et dixerunt apud se
metipsos Si dixerimus de ce
lo · dicturus e nobis quare ergo
non credidistis illi · quia ille
de xpo perhibuerat testimonium
et dixerat non sum ego xpus et cetera
Si autem ex hominibus dixi
esse · timemus populum · ne lapidet
nos quia tamquam prophetam habe
bant Johannem Timentes la
pidationem et plus timentes ve
ritatis confessionem crederunt
mendacium veritati · et mentita
e iniquitas sibi · Dixerunt enim
nescimus Et dominus quia ipsi contra
se clauserunt negando scire
quod noverant ne ipse illis
aperuit quia non pulsaverunt
Dictum est enim pulsate et
aperietur vobis Non solum autem
illi non pulsaverunt ut eis ape
riretur sed negando hostium
ipsum contra se astrinxerunt
et ait illis dominus nec ego dico
vobis in qua potestate ista facio
Et confusi sunt per Johannem
Impletumque in illis est Paravi
lucernam xpo meo · Inimicos
eius induam confusionem
In mundo erat et mundus per
ipsum factus est Ne putes quod
sic erat in mundo · quo in mundo
est terra In mundo e celum
in mundo e sol luna et stelle
in mundo arbores pecora ho
mines · non sic iste in mundo erat
sed quo erat · quo artifex reges

quod facit Non enim sic facit quo fa
cit faber Foris enim est arca quam
facit · et illa in alio loco posita e
cum fabricatur Et quamvis iuxta
sit ipse alio loco sed et qui fabricat
extrinsecus est illud quod fabricat
Deus autem infusus mundo fa
bricat ubique positus fabricat et
non secedit ab aliquo non extrin
secus quasi versat molem quam
fabricat · presentia maiestatis fa
quod facit · prudentia sua guber
nat quod facit Sic ergo erat
in mundo · quo per quem mundus
factus est · Per ipsum enim mundus
factus est · et mundus eum non co
gnovit · quod e mundus factus
est per ipsum Celum terra mare et
omnia que in eis sunt mundus
dicitur Item alia significatione dilectores
mundi mundus dicitur Mundus
per ipsum factus e et mundus eum
non cognovit · Non enim celi non
cognoverunt creatorem suum ·
aut angeli non cognoverunt cre
atorem suum · aut non cognoverunt
creatorem suum sydera · quem con
fitentur demonia · Omnia undi
que testimonium perhibuerunt
testimonium dedit celum de stella
testimonium dedit mare · portavit
ambulantem dominum · testimonium
dederunt venti · ad eius iussu
quieverunt testimonium dedit terra
illo crucifixo contremuit Si
omnia ista testimonium dederunt
quo eum mundus non cognovit
sed illi non cognoverunt quia amando
mundum · dicti sunt mundus ·
Amando enim habitamus corde · aman
do autem hoc appellavit quod
ille ubi habitabant Quo eundi
cimus mala e illa domus · et

bona e illa domus Non in illa quam dicimus malam parietes accusa Aut illam quam dicimus bonam parietes laudamus Sed malam domum inhitantes malos et bonam domu inhitantes bonos Sic et mund qui inhitat amando mundum Qui sunt qui diligunt mundu Ipsi enim corde habitant mundo Nam qui non diligunt mundum carne versant in mundo. sed corde inhitant celum Sicut ap dicit Nra n co versacio in celis e Ergo mudus per eum factus e. et mund eu non cognovit In sua ppria venit quia omnia ista p ipm fca sut Et sui eum non receperunt Qui sui. homines quos fecit Iudei quos primitus fecit super omnes gentes ee. quia alie gentes ydola adorabant. et demoniis serviebant Ille aute pplus erat nat de semine abrahe. et ipse maxime sui quia et per carnem quam suscipere dignatus est cognati In sua ppria venit et sui eum non receperunt omnino nullus recepit. nullus ergo salvus factus e: Nemo em salvus fiet nisi q xpm recepe rit venientem Sed addidit ent qt aute receperunt eum. quid eis prestitit. magna benivolentia. magna miam Unic natus e et noluit manere vn Multi homines cu filios non habuerunt pacta etate adoptant sibi et p voluntate faciunt qd natura non potuerit hoc faciunt homines Si autem aliquis heat filium unicum gaudet ad illum mag quia solus omnia possessurus est. et non hebit qui cum eo dividat hereditatem et pauperior remaneat Non sic deus unicu eundem ypm quem genuerat. et per que cuncta creaverat. misit in huc mundu. ut non eet coheres unus. sed fres haberet adoptatos. Non em nos nati sumus de deo quo ille unigenitus. sed adoptati per gratia ipsius Ille em venit unigenit solvere peccata. quibus peccatis implicabamur ne adoptaret nos propter impedimentu eorum. quos sibi fres facere volebat Ipse solvit et fecit coheredes Sic em dicit aplus Si autem filius et heres per deum Et iterum. heredes quidem dei. coheredes autem xpi Non timuit ille habere coheredes quia hereditas eius non fit angusta si multi possederunt Illi ipsi cete possidente. fiut hereditas ipius et ille. vicissim fit hereditas ipsorum Audi quo ipsi fiant hereditas ipius. dom dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tua Ille quo fit hereditas eorum dicit in psalmis Dom pars hereditatis mee et calicis mei Et nos illum possideamus et ipse nos possideat sicut dom nos possideamus sicut salutem. nos possideat sicut lucem. Quid ergo dicit hys qui receperunt illum Dedit eis ptatem filios dei fieri. hys qui credunt in nomine eius. ut

teneant lignum et mare transeat
Et quomodo illi nascuntur Isti qui
filii dei sunt et fratres christi utique na
scuntur Nam si non nascuntur
filii quomodo esse possunt Sed filii homi
num nascuntur ex carne et san
guine et ex voluptate viri
ex complexu coniugii Illi autem
quomodo nascuntur qui non ex
sanguinibus tamquam maris
et femine Sanguinibus non est
latinum sed quia grece positum
est plurale maluit ille qui inter
pretabatur sic ponere et quasi
minus latine loqui secundum gra
maticos et tamen explicare veri
tatem secundum auditum infir
morum Si enim diceret sangui
nem singulari numero non expli
caret quod volebat Ex sangui
nibus enim homines nascuntur
maris et femine Dicamus ergo
non timeamus ferulas gramati
corum dum tamen ad veritatem soli
dam et certiorem perveniamus
Reprehendit qui intelligit et
ingratus quia intellexerit Non
ex sanguinibus neque ex volup
tate carnis neque ex volunta
te viri carnem pro femina po
suit quia de costa cum facta
esset adam dixit Hoc est nunc os de
ossibus meis et caro de carne
mea Et apostolus ait Qui diligit
uxorem suam se ipsum diligit
Nemo enim umquam carnem suam
odio habet Ponitur ergo caro
pro uxore quomodo aliquando et spiritus pro
marito Et quare quia ille
regit hec regitur Ille imperare
debet ista servire Nam ubi
caro imperat et spiritus servit per
versa domus est Quid peius do
mo ubi femina habet imperium super
virum Recta autem domus illa
ubi vir imperat femina obtemperat
Rectus ergo ipse homo ubi spiritus
imperat caro servit Hii ergo
non ex voluptate carnis neque
ex voluptate viri sed ex deo nati
sunt Ut autem homines nascerentur
ex deo primo ex ipsis natus est deus
Christus enim deus et christus natus ex ho
minibus non quesivit quidem nisi
matrem in terra quia iam patrem
habebat in celo Natus ex deo per
quem efficeremur et natus ex
femina per quem reficeremur
Noli ergo mirari o homo quia
efficeris per graciam filius quia
nasceris ex deo secundum verbum eius
Prius ipsum verbum voluit nasci ex
homine ut tu securius nasceris
ex deo Et diceres tibi Non sine causa
deus nasci ex homine voluit
nisi quia alicuius momenti me ex
stimavit ut immortalem me
faceret et pro me mortaliter nasce
retur Ideo cum dixisset ex deo na
ti sunt quasi ne miraremur et
exhorreremus tantam graciam
ut nobis incredibile videretur
quia homines ex deo nati sunt
quasi securum te faciens ait Et
verbum caro factum est et habitavit
in nobis Quid ergo miraris
quia homines ex deo nascuntur
Attende ipsum deum natum
ex homine Et verbum caro factum
est et habitavit in nobis Quia
vero verbum caro factum est id est homo
factus est et habitavit in nobis
ipsa nativitate collirium fecit

Jncipit omelia tercia · beati Augustini ~ episcopi

Unde tergerentur oculi cordis nr̄i
et potuissemus videre maiestate
eius · per eius humanitatem
Ideo factum ē vm̄ caro et habita
uit in nob̄ · Sanauit oculos
nr̄os et quid sequitur Et vidi⁹
gloriam eius Gloriam ei⁹ nemo
posset videre · nisi humilitate car
nis sanaretur · unde non potera⁹
videre Intendat ergo karitas
nr̄a Et videte qd̄ dico Irruerat
homini qͥ pulvis in oculum Jr
ruerat terra sauciauerat oclm̄
videre non poterat lucem Ocu
lus iste sauciatus iniungitur
t̄ra · sanciatus erat et terra
illuc mittitur ut sanetur · Ora
colliria et medicamenta nichil
sunt nisi de terra · De puluere
cecatus es de puluere sanaris
Ergo caro te exceca[u]erat caro
te sanat Carnalis enim anima
videre non poterat consentiēdo
carnalibus affectibus Unde
fuerat oculus cecatus Vm̄ fac
tum est caro Medicus iste fec
tibi collirium Et qm̄ sic veni
ut de carne vicia carnis exti
nxerat · et de morte occideret
mortem Ideo factū ē · ut q̄m
v̄bum caro factum est ut pos
sis dicere · et vidim⁹ gloriam eius
Qualem gloriam · qual fact⁹
est ſ filius hominis Illa humilitas ipius
ē non gla ipius · ꝫ quo pduc
ta ē acies hominis curata per car
nem · Vidim⁹ inquit gloriam ei⁹
gloriam quasi vnigeniti a patre
plena grā et vitate · De grā
et vitate alio loco uberius in
ipo ewangelio ꝫ domin⁹ dictus

fuerit donare tractabim⁹ Hec
nunc sufficiant edificanti in x̄o
et confortanti in fide et vigila
te in bonis opibus et a ligno
nolite recedere · per qd̄ possitis
mare transire &c



Audio quod scriptum ē Johannes
testimonium phibet de ipso ut
ꝫ ad id vnigenitus filius
qui est in sinu pr̄is ipē narra^t
Gratiam et vitatem
dei qui plenus fuit
apparuit vnigeniti
filius dominus et
saluator nr̄ ihūs
xp̄us distinguen
dum a veteri testamento cuiꝰ
res est noui testamenti · Susce
pim⁹ in nomine domini et nr̄e ca
ritati promisim⁹ Adestote ergo
intenti ut et quantum cupio donē
deus et quantum capit audiat Re
liquum enim erat ut si semen qd̄
spargitur in cordibus vr̄is no
abstulerunt aues nec spine p
focauerunt nec estus exussit
accedente pluuia orationū cot
tidianarum et cogitationibus
bonis vr̄is quibus hᵒ agitur
in corde quod agitur in agro ruſtic
rusticis ut gleba frangatur et
semen operiatur · ut germinare
possit afferat fructum ad qͥ
gaudeat et letetur agricola
Si autem pro semine bono et
pro pluuia bona nō fructum
ꝫ spinas attulerim⁹ nec semē
accusabitur · nec pluuia erit in
crimine Sꝫ spinis ignis debit⁹
preparatur · homines sum⁹ quod pu
to non diu ēē suadend̄ caritati
nr̄e xp̄iani · Et si xp̄iani utiqꝫ ipso

nomie ad xpm ptinentes huius
signu in fronte gestamus de q
non erubescim si et in corde
gestemus. Signu eius est hu
militas eius. In stella eni ma
gi cognouit et erat h signu
de domino datum celeste atq p
clarum. Noluit stellam ee in
fronte fideliu. signu suum
s crucem suam. Unde humiliat
inde glificatus. inde erexit
enim humiles quo humiliatus
ipe descendit. Pertinemus ergo
ad euangeliu pertinemus ad
nouu testametu. lex per mo
ysen data est. gratia autem
et veritas per ihm xpm facta
e. Interrogemus aplm dicit
nobis quo non sumus sub lege
sed sub gratia. misit ergo filiu
suu factum ex muliere factu
sub lege. ut eos qui sub lege
erant redimeret ut adopcionem
filiorum reciperem. Ecce ad h
venit xpus ut eos qui sub le
ge erant redimeret ut iam no
simus sb lege sed sub gratia.
Quis ergo dedit legem. ille
dedit legem qui dedit gram. s
legem per suu misit. cum gra
cia ipe descendit. Et unde fa
erant homies sub lege non
implendo legem. Qui enim
legem implet non e sub lege
s cum lege. Qui aut sb lege
est non sb leua s pmitur le
ge. Omnes itaq homies sb
lege constitutos reos facit
lex et ad h illis sup caput
est ut ondat pcca no tollat

Lex ergo iubet. dator legis mise
tur. In eo quod lex iubet cona
tes homines viribus suis imple
quod a lege pceptum e. ipa sua
temeraria et pcepti psumpcione
ceciderunt. et non sunt cum lege
s sub lege facti sunt rei. et qm suis
viribus implere non poterant
legem facti sut rei sub lege. Implo
rauit liberatoris auxiliu. et re
atus legi fecit egritudine supbis
Egritudo supborum. facta est con
fessio humilium. Iam confitentur
egroti quia egrotant venit me
dicus et sanat egrotos. Medicus
quis. Domin nr ihus x. Quis do
min nr ihus xpus. ille q visus e
et ab eis a quibus crucifixus e
ille qui apphensus flagellatus
colaphisatus. sputis illitus. spi
nis coronat. in cruce suspensus
mortuus lancea vulneratus. de
cruce depositus in sepulcro posit
Ille ipe domin nr ihus xpus. ille
ipe plane. et ipe est totus me
dicus vulnerum nrorum crucifixus
ille cui insultatum e q pendente
psecutores caput agitabant et
dicebant. Si filius dei e descen
dat nunc de cruce. Ipe e tot medic
nr. ipe plane. Quare ergo non
ondit insultantibus quia ipe erat
filius dei. ut si se permisit in cruce
leuari saltim cum illi dicerent
Si filius dei est. descendat de cruce
tunc descenderet et onderet eis
vm se ee filium dei. quem illi
ausi sut irridere. Noluit. Quare
noluit. Nunquid no potuit. Potu
it plane. Quid e eni amplius
de cruce descendere. an de sepulcro
resurgere. Sz ptulit insultantes
Nam crux non ad impotenciale

documentu Sed ad exemplum
pacientie suscepta e Ibi uulnera
tua cura Vn sua diu ptulit Ibi
te a morte sempiterna sanauit
ubi temporaliter mori dignatus e
et mortuus e et in illo mors
mortua est Qualis mors que
mortem occidet Ipse e tn dom
nr ihus xpus totus qui uide
batur et tenebatur et crucifi
gebatur no totum hoc ipse est
Ipse e quidem s non totum illud
quod uiderunt iudei no hoc to
tum e xpc Et quid est In principio
erat vm In principio et vbum
erat apud deum Et quale vm
et deus erat vbum Nunquid for
te ideo factum e hoc vm Non hoc
em erat in principio apud deum
Quid ergo Alia que fecit deus
non similia sunt vbo non enim
omnia per ipsum facta sunt et sine ipso
factu e nihil Quod p illum
omnia facta sunt qr quod factum
e in ipso vita erat et antequam fi
eret uita erat Quod factum
e no e vita s in arte hoc e in
sapia dei antequam fieret vita
erat quod factum e transit
quod est in sapia transire no
pt Vita ergo in illo erat qd
factu e et qualis uita quia
et anima corporis uita e Cor
nrm hz uitam suam quam
cum amiserit mors e corporis
Talis ergo erat illa uita no
s vita erat lux hominum Nunquid
lux pecorum Nam ista lux ho
minu et pecoris e Est quedam
lux hominum alia distant homines
a pecoribus et tunc intelligimus

quid sit lux hominum Non distas
a pecore nisi intellectu Noli ali
unde gloriari De uiribus psumis
A bestiis vinceris De velocitate
psumis a muscis vinceris De
pulcritudine psumis quanta pul
critudo e in pennis pauonis Vn
ergo melior ex ymagine tali
In ymago tal in mente in
intellectu Sic ergo ideo melior
pecore quia habes mentem
qua intelligas quod no pt pecus
intelligere Inde aute homo qr
melior pecore lux hominum est
lux mentium lux mentium supra oms
est mentes excedit omnes men
tes hoc erat vita illa per quam
facta sunt omnia Vbi erat hic
erat an apud patrem erat et
hic non erat an quod verius et
apud patrem erat et hic erat Si
ergo hic erat quare non uide
batur quia lux in tenebris
lucet et tenebre eam no com
prehenderunt O homines noli
te ee tenebre nolite ee infide
les iniusti iniqui rapaces aua
ri amatores seculi Iste sunt
tenebre lux non e absens sed
uos absentes estis a luce Ce
cus in sole presentem habet solem
s absens est ipse soli Nolite g
esse tenebre Hoc e em forte
gratia de qua dicturus sum ut
iam no simus tenebre Et dicat
nobis aplus Fuistis em aliqn
tenebre nunc aute lux in dno
Quia ergo no uidebatur lux ho
minu id est lux mentium opus
erat ut homo diceret de luce te
stimonium Non quidem tenebris
s illuminatus iam nec tamen quia
illuminatus ideo ipsa lux Sed ut

testimoniu perhiberet de lumi
Illam non erat ille lux Et q
erat lux. Erat lux uera q il
luminat omnem hominem veni
entem in hunc mundum Et v
erat ista In ho mundo erat Et
quo in ho mundo erat Nunquit
sicut ista lux solis lune lumi
narum sic illa lux in mundo
est. non qr per eum mundus
factus e. et mud9 eum non co
gnouit Hoc e lux in tenebris
lucet et tenebre eam no com
phenderunt Mundus em te
nebre. quia dilectores mudi.
mund9. Non em creatura no
agnouit creatorem suu Te
stimoniu dedit celu. de stella
testimoniu dedit mare portat
ambulantem dnm Testimo
niu dederunt venti. ad eius
iussum quieuit Testimoniu
dedit tra illo crucifixo contre
muit Si omnia ista testimo
niu dederunt quo eum mud9
no cognouit nisi qr mud9 di
lectores mudi corde habitantes
mund et malus mudus. quia
mali homines habitatores mudi
Sicut mala domus non pa
rietes s inhabitantes In ppa ve
nit in sua venit et sui eum no
receperunt Que ergo spes est
nisi qr quot qt receperunt eu
dedit eis ptatem filios dei fi
Si filii fiunt nascuntur Si
nascuntur. quo nascuntur no
ex carne no ex sanguinibus
no ex voluptate carnis. no
ex uoluptate viri Sz ex deo
nati sunt Gaudeant ergo
qr ex deo nati sunt Presumat
se ptinere ad deu accipiant

documentu quia ex deo nati st
Et vbum caro factum e et ha
bitauit in nob Si vbum non eru
buit nasci de homie. homines
erubescant nasci de deo Hoc aut
quia fecit curauit. Quia curat
videmus hoc em vbum qd caro
factum est et habitauit in nob
Medicamentu nob factum est
ut qr tra cecabam de tra sana
remur. Et sanati quid uidem9
Et vidim9 inquit gloriam eius
gloriam tamqs unigeniti a
pre plenu gra et vitate Johes
testimoniu perhibet de ipso Et
clamat dicens Hic erat quez
dixi Qui p9 me venit ante
me factus est p9 me vet et p
cessit me Quid est ante me fcs
e Precessit me non factus est
anteqz ego essem factus. s ante
positus est m. hoc e ante me
factus Quare ante factus e
cum p9 te venit quia prior me
erat Prior te erat Johannes
quid magnu. si prior te bene
quia tu illi perhibes testimo9
Audiamus ipm dicentem Et
ante abraham ego sum Sz et
abraham in medio genere hu
mano ortus est Multi ante
illum. multi p9 illum Audi
vocem patris ad filium Ante
luciferum genui te Qui ante
luciferu genit e. oms ipe illu
minat Dictus est em quidam
lucifer qui cecidit Erat em an
gelus et factus e dyabolus et
dixit de illo scriptura. lucifer
qui mane oriebatur cecidit
Unde lucifer quia illuiatus lu
cebat. Unde autem tenebros9
factus. quia in vitate no stetit
Ergo ille ante luciferu an des

illuiatum Siquidem ante omēz
illuiatum ihs sit necesse est. ac
illuminantur omnes qui illuiari
possunt Ideo hc sequitur Et de
plenitudine eius nos omnes ac
cepimus Quid accepisti Et
gratiam pro gratia Sicut ciame
hnt vā ewangelista collata.
cum exemplaribus grecis Ubi ait
~~de gratia~~ plenitudine eius nos
omnes accepimus gratiam pro gratia
sed sic ait Et de plenitudine eius
nos omnes accepimus et gratiam
pro gratia id est accepimus ut nescio
quid nos voluit intelligere. De
plenitudine eius accepisse et
insuper gratiam pro gratia Ac
cepimus enim de plenitudine
eius primo gratiam et rursus ac
cepimus gratiam pro gratia Quam
gratiam primo accepimus fidem
In fide ambulantes in gratia
ambulamus Unde enim meruimus
hoc quibus meritis precedentibus
meritis nemo sequisque sibi palpet
redeat in conscientiam suam. que
rat latebras cogitationum suarum
redeat ad seriem factorum suorum
non attendat quid sit si iam ali
quid est. sed quid fuit ut esset ali
quid Inveniet non se dignum
fuisse nisi supplicio Si ergo
supplicio dignus fuisti et venit
ille qui non peccata puniret
sed peccata donaret gratia tibi
data est non merces reddita
Unde vocatur gratia quia gratis
datur Non enim precedentibus
meritis emisti quod accepisti
Hanc ergo accepit gratiam

primam peccator ut eius peccata
dimittentur Quid meruit In
terroget iusticiam Inveniet penam
Interroget misericordiam Inveniet gratiam
Sed et hoc promiserat deus per
prophetas Ita quod cum veniret
dare quod promiserat non solum
gratiam dedit sed et veritatem. Ex quo
modo exhibita est quia factum
est quod promissum est. Quid
est ergo gratiam pro gratia. Fi
de promeremur deum Et qui
digni non eramus quibus peccata
dimittentur Ex eo quod tam donum
indigni accepimus gratia vocatur
Quid est gratia gratis data
Quid est gratia donata non red
dita Si debebatur merces red
dita est non gratia donata
Si autem vere debebatur bonus
fuisti Si autem ut verum est malus
fuisti credidisti autem in eum
qui iustificat impium Quid
est iustificat impium Ex impio
facit pium Cogita quid tibi per
legem imminere debeat Et
quid per gratiam consecutus sis
Consecutus autem istam gratiam
fidei eris iustus ex fide Iustus
autem ex fide vivit et promereberis
deum vivendo ex fide Cum pro
merueris deum vivendo ex fide.
Accipies premium immortalitatem et
vitam eternam et illa gratia
est Nam pro quo merito accipies
vitam eternam pro gratia Si
enim fides gratia est et vita eter
na quasi merces est fidei Videtur
quidem deus vitam eternam
tamquam debitam reddere Cui
debitam fideli quia promeruit

illam per fidem Qz quia ipa
fides gratia ē et uita eterna
grã est pro gra Audi aplm
Paulum confitentem grãm
et postea debitum expetente
Confessio gratie que est in pa
ulo. qui prius fui blassfemus
et persecutor et iniuriosus
s̄ miam inquit consecutus sū
In dignum se dixit qui conse
queretur Consecutum tamē
nō pro meritis suis. s̄ p miaz
dei. Audi iaz illū flagitantez
debitum. q̄ pmo indebitam su
ceperat gratiam Ego enim
iam inquit immolor et te
pus resolutionis mee instat.
Bonū certamen certaui cursū
consumaui fidem seruaui De
cetō reposita ē michi corona iu
titie Iam debitū flagitat iam
debitum exigit Nam inde va
sequētia. quam m reddet dūs
in illo die iustus iudex ut ac
susciperet gratiam misericordem
partem opus hebat. ut pre
mui gratie iudicem iustum
qui non dampnauit impium
s̄ remunerauit fidelem et
tamen si bene cogites ipe de
dit pmo qua promeruisti eū
non enī de tuo promeruisti ut
t aliquod deberetur Quod g
pmū immortalitat' p ea tribuit
dona sua coronat non merita
tua Ergo fres omnes de ple
nitudine eius accepimus. de
plenitudine mie mie eius. d'
habundantia bonitat' eius acce
pim' Quid. Remissionem pec
catorz ut iustificemur ex fide

et iām quid et grām pro grā
id ē probat gratia in qua ex
fide viuim' recepturi sumus alia
Quid tn n grām Nam si dixo
quia ex h' debetur aliquid michi
aut signo quasi tunc debebat
donat autem deus in nobis do
mie sue Qz si in ea gratia q̄
pmo accepim' pseuerantes am
bule' lex em p moysen data ē
que reos ondebat Quid em ap
ait lex subintrauit ut habunda
ret delictum l' prodeerat sibis
ut habundaret delictum Multu
em sibi donabant et qi uiribs
suis multū assignabant et non
poterant implere iustitiam n
adiuuaret ille qui iusserat Su
biam eorum uolens domare
deus dedit legem tamq̄ dicens
Ecce implete ne putetis de ee
iubentem. nō de est qui iubeat
s̄ de est qui impleat Si ergo
de est qui impleat hn nō im
plet. quia natus cū tradute
peccati et mortis De adam
natus traxit secum quod ibi
conceptū ē Cecidit p' hget de
qui de illo nati sunt. De illo
traxerunt concupiscentiā car
nis. oportebat ut nasceretur
alius homo qui nullaz traxit
concupiscentia. homo et homo
homo ad morte. ho ad vitam
Sic dicit aplus Qm quidez
per hominez mors et per hoiez
resurrectio mortuorz per quez
hominem mors et per quez ho
minem resurrectio mortuorz No
li festinare Sequit' et dicit
Sicut eni in adam oēs moriū
tur et in x̄ omnes uiuificabunt'

qui ptinent ad adam · omnes
qui nati sunt de adam · Qui
ad xpm omnes qui nati sunt
per xpm · de xpo Quare oms
in peccato quia nemo iustus
natus e preter adam · ut aut
nasceretur ex adam nativitas fuit
ex dampnatione Nasci per xpm
voluntatis est gratie · non co
guntur homines nasci p xpm
Non quia voluerunt nati
sunt ex adam omnes tam qui
ex adam cum peccato peccatores
Omnes qui per xpm iustificati
et iusti non in se sz in illo ·
Nam in se si interroges adam
sunt In illo si interroges xpi
sunt Quare · quia ille caput
domin9 nr ihus xpc non cum con
ditione peccati venit Sz tamen
venit cum carne mortali Mors
poena peccatorum erat In dno
munus mie erat non poena
peccati Non enim aliquid he
bat domin9 quare iuste mo
reretur sz ut ipse ait Ecce venit
princeps huius mundi et
in me non inveniet quicquam · q
re ergo moreris sz ut sciant
oms quia voluntatem patris
mei facio Surgite eamus
hinc Non hebat ille quare
moreretur et mortuus est Tu
habes quare et mori dedignaris
Dignare equo animo pati
per meritum tuum quod ille pa
ti dignatus e ut te a sempiter
na morte liberaret Ho et ho
sz ille · non nisi homo Iste deus
et homo Ille homo peccati

Iste homo iustitie Mortuus es
in adam · resurge in xpm · Na
utrumque debetur tibi · Iam credi
disti in xpm Reddes tamen qd
debes adam sz non te in eternum
tenebit vinculum peccati quia mor
tem tuam eternam occidit mors
temporalis domini tui Ipsa e gratia
fratres mei · ipsa e et veritas quia
promissa et non exhibita non
erat ista in veteri testamento
quia lex minabatur non opi
tulabatur Iubebat non sanabat
languorem ondebat non au
ferebat Sz viam pparabat
medico venturo cum gratia
et veritate Tamquam ad aliquem
quem curare vult medicus
mittat primum puerum suum ut li
gatum illum inveniat Sanus
non erat sanari nolebat et ne
sanaretur sanum se ee iactabat
Missa lex est ligavit eum In
venit se reum Iam clamat de
ligatura venit domin9 curat
amaris aliquantum et acribus
medicamentis Dicit enim egro
to · Fero dicit tolera · Dicit no
li diligere mundum · hoc patiaris
curet te ignis continentie fer
rum persecutionum tolleret vul
nera tua Expavescebas quam
vis ligatus · liber ille et non ligatus
bibit quod tibi dabat Prior
passus est ut te consolaretur
tamquam dicens Quid times pa
ti pro te · prior patior pro te Hec
est gratia et magna gratia
Quis illam digne collaudat
De humilitate xpi loquor fratres mi
maiestatem xpi et divinitatem xpi

quis loquitur in explicando et
dicendo Et quo maiestatem eius
loquemur non sufficiemus Im-
mo deficimus totum cogitantibus
committimus non audientibus ad-
implemus Cogitate humilitatem
eius. Sed quis nobis magis eam explicat
nisi tu dicas. Ille intus dicat.
melius illud dicat Qui intus
habitat quam qui foris clamat.
Ipse nobis ostendat gratiam humilitatis
sue. qui cepit habitare in cordibus
nostris. Iam vero si in eius humili-
tatem explicandam et erogan-
dam deficimus maiestatem eius
quis loquatur Si verbum caro
factum conturbat nos In principio
erat verbum quis explicabit.
Tenete ergo fratres soliditatem
istam. Lex per moysen data
est gratia et veritas per ihesum christum
facta est. Per servum lex data est.
reos fecit. per imperatorem in-
dulgentia data est reos liberavit.
lex per moysen data est. Non
sibi aliquid amplius servus ascri-
gnat quam quod per illum factum
est. Electus est ad magnum mi-
nisterium. tamquam fidelis in domo.
Sed tamen servus agere secundum le-
gem potest. solvere a reatu legis
non potest. lex ergo per moysen da-
ta est. gratia et veritas per ihesum
christum facta est. Et ne forte aliquis
dicat. Gratia et veritas non est
facta per moysen. qui vidit dominum
statim subiecit. Deum nemo
vidit umquam. Et unde innotuit mo-
ysi deus quia revelavit servo suo
dominus. quis dominus. ipse christus
quia premisit legem per servum

ut veniret ipse cum gratia et veritate
Deum enim nemo vidit um-
quam Et unde illi servo quan-
tum capere posset apparuit.
Sed unigenitus inquit filius
qui est in sinu patris ipse enar-
ravit Quid est in sinu patris.
in secreto patris Non enim deus
habet sinum. quemadmodum nos habe-
mus in vestibus aut cogitandus
est sic sedere. quo nos aut forte
cinctus est. aut sinum habet. Sed
quia sinus noster intus est secre-
tum patris Sinus patris vo-
catur in secreto patris Qui
patrem novit ipse narravit Nam
deum nemo vidit umquam Ipse
ergo venit et narravit quid
quid vidit Moyses vidit nubem
vidit angelum vidit ignem.
Omnis illa creatura est typum
domini suggerebat non ipsius domini
presentiam exhibebat Namque aper-
te in lege habes Et loquebatur
moyses cum domino contra in contra
sicut amicus cum amico suo
Sed queris ipsam scripturam
et invenis moysen dicentem
Si inveni gratiam in conspectu
tuo ostende mihi temetipsum ma-
nifeste ut videam te et parum
est quia dixit. Responsum accepit
Non poteris videre faciem
meam. loquebatur ergo fratres
mei cum moyse angelus por-
tans typum domini et illa omnia
que ibi per angelum facta sunt
futuram istam gratiam et veri-
tatem promittebant Qui be-
ne scrutantur legem noverunt
Et cum opportunum est ut et nobis

Si
aliquid inde dicamus quantum
dominus reuelat non tacea
karitati nr̄e Illud autem sci
atis quia omnia q corporal visa
sunt non erat illa substantia
dei Illa enim oculis carnis uide
dei sbā unde uidetur Euange
lium interroga Beati mundo
corde qm ipi deum uidebunt
Fuerunt homines qui dicent
uanitate cordis sui decepti pr
inuisibilis ē. filius autem vi
sibilis. Unde uisibilis Si ppt
carnem quia suscepit carnē
manifestum ē. Illi enim qui
carnem ē uiderunt aliqui cre
diderunt. aliqui crucifixerunt
Et qui crediderunt illo cruci
fixo nutauerunt Et nisi palpa
p9 carnem palparent fides ad
eos nō reuocaretur Si ergo
ppter carnem visibilis filius
et nos concedimus et ē catho
lica fides Si autem ante car
nem sicut ipi dicunt id ē an
quam incarnaret. multum
delirant et multum errant
facta enim illa sunt visibili
corpaliter per creaturā in q
tepus ondēretur Non utique
substantia sua demonstrabat
et manifestabat Et hoc atten
dat caritas nr̄a leue documē
tum Sapientia dei uideri oclis
non pt Frēs si xp̄s sapia dei et
virtus dei Si xp̄us vbū dei
ergo oculis non uidetur Si
vbum hominis oculis non ui
detur. vbum dei uideri sic pt
Expellite ergo de cordibus vrīs
carnales cogitationes ut ve
sitis sub gratia ut ad nouū testa
mentum pertineat Ideo vita eterna
promittitur in nouo testamento
Legite et vet testamentū et
videte quia carnali adhuc ppl̄o
ea quidem precipiebantur que
nobis Nam vnū deum colere. et
illis precipitur Non accipies in
vanū nomen dn̄i dei tui et nob
precipi Quod est secundū pcep
tum obseruare diem sabbati mag
nob precipit quia spiritualiter
obseruandum precipitur. Iudei enim
seruiliter obseruant diem sabbati
ad luxuriam ad ebrietatem. qn
tum melius cor femine lanam facē
rent quam illo die in meridia
nis saltarent absit frēs ut illos
dicamus obseruare sabbatum Spi
ritualiter obseruat sabbatū xpian
abstinens se ab opere seruili Quid
ēst enim ab opere seruili. a pecca
to. et Unde probamus. dn̄m inter
roga Omnis qui facit pecca
tum seruus est peccati Ergo et
nobis precipitur spualit obseruare
sabbati. Unde illa omnia precepta
magis nobis precipiuntur et ob
seruanda sunt. Non occides. non
mechaberis. non furaberis nō
falsum testimoniū dices Honora
patrem et mrēm non concupisces
rem alt uxorem proximi tui.
nonne omnia ista et nob precipi
untur Sz quere mercedem et
inuenies Ibi dicit ut expellant
hostes a facie tua et accipiatis
terram quam promisit deus prib
vrīs Quia non poterant cape
inuisibilia. per visibilia teneba
Quare tenebantur ne perirent

interirent et ad ydola labentur.
Nam fecerunt hoc fratres mei sicut
legitur obliti sunt tanta mi
racula que fecit deus coram ocu
lis eorum. Mare discissum est
via facta est in medijs fluctibus
sequentes hostes eorum hijsdem
aquis operti sunt per quas
illi transierunt. Et cum Moyses
homo dei recessisset ab oculis
eorum ydolum pecierunt et di
xerunt. Fac nobis deos qui
nos precedant quia ille homo
dimisit nos. Tota spes eorum in
homine posita erat non in deo. Ecce
mortuus est homo inquiunt
mortuus est deus qui eruerat
eos de terra egypti. et cum fecisset
sibi ymaginem vituli adora
uerunt et dixerunt. Hii sunt dii tui
israhel qui te liberauerunt de ter
ra egypti. Quam cito obliti tam
manifestam graciam. Quibus
ergo modis teneretur populus talis
nisi promissis carnalibus. Ea
iubentur ibi in decalogo legis que
et nobis sed non ea promittuntur
illis que nobis. Nobis quid pro
mittitur. vita eterna. Sed non
ea que nobis promittuntur illis.
Nobis promittitur vita eterna
Hec est autem vita eterna.
ut cognoscant te vnum verum
deum et quem misisti ihesum christum.
Cognicio dei promittitur ipsa
est gracia pro gracia. Fratres modo
credimus non videmus. Pro
ista fide premium erit videre quod
credis. Nouerant hoc prophete
sed occultum erat antequam veniret.
Nam quidam suspirans auctor

in psalmis ait. Vnam pecii
a domino hanc requiram. Et que
ris quid petat. Forte enim pe
tit terram fluentem lacte. et
melle. carnaliter. Quamuis
spiritualiter ipsa querenda sit
et petenda. Aut forte subiectionem
hostium suorum. aut mortem
inimicorum. aut imperia et faculta
tes huius seculi. ardet enim amo
re. et multum suspirans estuat
et anhelat. Videamus quid
petit. Vnam pecii a domino
hanc requiram. Quid est hoc
quod requirit. ut inhabitem
inquit in domo domini per omnes
dies vite mee. Et puta quia feli
citas in domo domini. Vnde ibi erit
gaudium tuum. ut contem
pler inquit delectacionem domini.
Fratres mei vnde clamatis. vnde
amatis vnde exultatis. Nisi quia
est ibi scintilla huius karitatis.
Quid desideratis rogo vos
videre per oculis. tangi potest.
pulcritudo aliqua est. que ocu
los delectat. Nonne martires
amati sunt vehementer. et cum
eos commemoramus inardescimus
amore. Quid in illis amamus
fratres. membra laniata a fe
ris. Quid fedius si oculos
carnis interroges. quid pul
chrius si oculos cordis interro
ges. Quid tibi videtur adolescens
pulcherrimus fur. Quo horret
oculi tui. Inquit oculi car
nis horrent si illos inter
roges. nichil illo corpore compo
sitius. nichil ordinatius. et
paritas membrorum et coloris

Incipit omelia quarta beati · Augustini Episcopi

delectatio illicit oculos et ta
men cum audis quia fur est
fugis hominem amico · Vides ex
alia parte senem curuum baculo
innitentem vix se mouentem
rugis vndique exaratum · quid
uides · quod oculos delectet · Au
dis quia iustus est · amas am
plecteris · Talia nobis premia
promissa sunt fratres mei · tale
aliquid amate · Tale regnum
suspirate · Talem patriam de
siderate · Si uultis peruenire
ad id cum quo venit dominus
noster · id est ad graciam et veritatem
Si autem corporalia premia
concupieritis a deo adhuc sub
lege es · Et ideo ipsam legem
non imples · quando enim videris
habundare ista temporalia in eis
qui deum offendunt · nutant
gressus tui et dicis tibi · Ecce ego
colo deum · cottidie ad ecclesiam
curro · genua michi trita sunt
in orationibus · et assidue egro
to · homicidia faciunt homines
rapinas faciunt · et exultant
habundant · bene est illis · Talia
ergo querebas a deo · certe ad
graciam pertinebas · Si graciam
ideo est dedit quia gratis dedit
Gratis ama et amare debes
deum et diligere illum qui fecit
nos · Noli ad premium diligere
deum ipse sit premium tuum ·
Dicat anima tua · Vnam
pecii a domino hanc requi
ram ut inhabitem in domo do
mini per omnes dies vite mee
ut contempler delectationem
domini · Noli timere ne fastidio
deficias · Talis erit illa delectatio
pulchritudinis ut semper tibi presens
sit et nunquam satieris · immo sem
per satieris et nunquam satieris
Si enim dixero quia non satia
beris fames erit · Si dixero quod
satiaberis fastidium timeo vbi
nec fastidium erit nec fames quod
dicam nescio · Sed deus habet quod
exhibeat · Non inuenientibus quod
dicant et credentibus quod ac
cipiant · Explicit omelia iii.

Ab eo quod scriptum est et hoc
est testimonium Johannis
quando miserunt iudei ab ierusalem
sacerdotes et leuitas vsque ad id
quod ait · Et ego nesciebam
eum sed qui me misit baptisare
in aqua ipse michi dixit · super
quem videris spiritum descendentem
et manentem sicut eum ipse est qui

Sepissime
audiuit
sanctitas
vestra optime nostis
quoniam
Johannes
baptista
quanto pre
clarior erat in natis mulierum
et quanto humilior ad cognoscen
dum dominum tanto meruit ami
cus esse sponsi · Zelans non sibi
non suum honorem querens sed
iudicis sui quem tamquam pre
co preibat · Itaque prophetis prece
dentibus prenunciare de christo futura
concessum est · Huic autem di
gito ostendere · Sicut enim ignora
batur christus ab hiis qui prophetis

non crediderant antequam veniret
sic et ab eis ignorabatur et prius
venerat enim humiliter primo
et occultus tanto et occultior
quanto humilior ipsi autem spernen
tes per superbiam suam humili
tatem dei · Crucifixerunt salua
torem suum et fecerunt damp
nacionem suam Sed qui primo
venit occultus quia venit humi
lis · Numquid deinceps non est
venturus manifestus quia ex
celsus · Audistis modo psalmum
Deus manifestus veniet deus
noster et non silebit Siluit ut iu
dicaretur non silebit cum ceperit
iudicare · Non diceretur manife
stus veniet nisi primo venisset
occultus nec diceretur non silebit
nisi quia primo siluit · Quid si
luit interroga ysayam Sicut
ovis ad occisionem ductus est
et sicut agnus coram eo qui se ton
det sine voce sic non ape
ruit os suum · Veniet autem
manifestus et non silebit · Quomodo
modo manifestus · Ignis ante
eum precedet et in circuitu eius
tempestas valida · Tempestas
illa tollere habet totam paleam
de area · que modo trituratur · et
ignis incendet quod tempestas
abstulerit · Modo autem tacet
iudicio · sed non tacet precepto · Si
enim tacet xpus · quid sibi vo
lunt voces apostolice · quid sibi vo
lunt hec evangelia · quid cantica
psalmorum · quid eloquia prophetarum
In hiis enim omnibus xpus non
tacet Sed tacet modo ut non
vindicet · non tacet ut moneat

Veniet autem preclarus in
vindicta et apparebit omnibus
et qui in eum non credunt · Mo
do vero quia et prius occultus
erat oportebat enim ut con
temnerent · Nisi contemptus fuis
set · non crucifigeretur si non cru
cifigeretur non funderet sangui
nem quo precio nos redemit
Ut autem daret pro nobis pre
cium · Crucifixus est · ut cru
cifigeretur · Contemptus est ut con
temneretur · humilis apparuit
Tamen quia quasi in nocte
apparuit in corpore morta
li · Lucernam sibi accendit
unde videretur Ipsa lucerna
Johannes erat de quo iam multa
audistis · et lectio presens evangelica
verba Johannis continet primo
quod precipuum est confitentis
quia non ipse erat xpus · Tan
ta autem excellencia erat
in Johanne ut posset credi xpus
In eo probata est humilitas eius
quia dixit se non esse · cum pos
set credi esse · Ergo hoc est te
stimonium Johannis et

Quando miserunt iudei
ab ierosolima sacerdotes
et levitas ad eum ut
interrogarent eum Tu quis
es · non autem mitterent
nisi moverentur excellencia
auctoritatis eius qui ausus
est baptisare Et confessus est
et non negavit · Quid con
fessus est · Confessus est quia
non sum ego xpus Et in
terrogaverunt eum · Quid ergo
helias es tu · Noverant enim

quia precessurus erat helyas
christum. Non enim aliud iudeis no-
tum erat nomen christi apud iu-
deos. istum non esse putaue-
runt christum. non omnino christum
non esse uenturum. cum spe-
rarent uenturum sic offenderunt
in istum offenderunt tamquam
in humilem lapidem. Lapis
enim ille adhuc paruus
erat qui iam quidem precisus
de monte sine manibus sicut
dixit Daniel propheta uidisse
se lapidem precisum de mon-
te sine manibus. Sed quid
sequitur. et creuit inquit
lapis ille et factus est mons
magnus et impleuit uniuer-
sam faciem terre. Videat er-
go quod dico karitas vestra.
Cristus ante iudeos iam pre-
cisus erat de monte. montem
regnum uult intelligi iu-
deorum. Sed regnum iudeorum
non impleuerat uniuersam
faciem terre. Inde precisus
est ille lapis quia inde natus
est in presencia domini. Et quare
sine manibus. Quia sine
opere virili uirgo peperit christum.
Iam ergo erat lapis ille pre-
cisus sine manibus ante
oculos iudeorum. Sed humilis
erat non inmerito. quia nondum
creuerat lapis ille et imple-
uerat orbem terrarum. quod
ondit in regno suo. quod
est ecclesia qua impleuit totam
faciem terre. Quia ergo
nondum creuerat offenderunt
in illum tamquam in lapidem.

Et factum est in eis quod scrip-
tum est. Qui ceciderit super
lapidem conquassabitur. Et super
quos ceciderit lapis ille conter-
ret eos. Primo super humilem
ceciderunt excelsus super illos
venturus est. Sed ut eos ve-
turus excelsus conterat. primo
eos humilis quassauit offenderunt
in eum et quassati sunt. Non
contriti sed quassati sunt. Veniet
et excelsus conteret eos. Sed igno-
scendum est iudeis. qui offende-
runt in lapidem qui nondum creue-
rat. Quales sunt illi qui in
ipsum montem offendunt. Iam
de quibus dicam cognoscitis.
qui negant ecclesiam toto orbe
diffusam non in humilem lapidem
sed in ipsum montem offendunt
quia factus est ille lapis cum cre-
sceret. Ceci iudei non viderunt
humilem lapidem. Quanta ceci-
tas est non uidere montem. Er-
go videbant humilem et non co-
gnouerunt. Demonstrabatur
illis per lucernam. Nam primo
ille quo maior nemo surrexe-
rat in natis mulierum dixit. Non
sum ego christus. Dictum est illi
est. Numquid tu es helyas.
Et Non sum. Cristus enim an-
te se premittit helyam. et dixit
non sum. Et fecit nobis questi-
onem. Timendum est enim ne minus
intelligentes contraria putent
Johannem dixisse quam christus
dixit. Quodam enim loco cum
dominus ihesus christus in euange-
lio diceret quedam de se. dixerunt
illi discipuli. Quid ergo dicunt

scribe id est periti legis quia heliam
oportet primum venire et ait dominus
helias iam venit. et fecerunt ei
que voluerunt. Et si vultis scire
ipse est Johannes baptista. Dominus
ihesus christus dixit. helias iam venit
et ipse est iohannes baptista. Johannes
autem interrogatus. sic se con
fessus est heliam non esse. quomodo non
christum esse. et utique sicut verum confes
sus christum se non esse. Sic verum confes
sus est nec heliam se esse. Quo
modo ergo comparamus dicta preconis
cum dictis iudicis. Absit ut preco
mentiatur. Hoc enim loquitur
quod audit a iudice. Quare er
go ille non sum helyas. Et do
minus ipse est helias quia in
eo dominus ihesus christus prefigurare
voluit futurum adventum suum.
Et hoc dicere quia in spiritu helie
erat Johannes. Et quod erat Johannes
ad primum adventum hoc erit
helyas ad secundum adventum. Quomodo
in duo adventus iudicis. sic duo
precones. Iudex quidem ipse. pre
cones autem duo. non duo iudi-
ces. Oportebat autem iudicem
primo venire iudicandum. Misit
ante se primum preconem. vocavit
illum helyam quia hoc erit in
secundo adventu helias. quod in
primo iohannes. Nam quod inten
dat caritas vestra. quam verum dicam
qui conceptus est iohannes vel
pocius qui natus est. spiritus sanctus
hoc de illo homine impleto prophetavit
Et erit inquit precursor altis
simi in spiritu et virtute helie. In
eodem non ergo more helias. sed
in spiritu helie. Quid est in spiritu

et virtute helye? Quare vice
helie. quia quod helyas secundo
hoc Johannes in primo adventu
fuit. Recte ergo modo Johannes
proprie respondit. Nam dominus figurative.
helias ipse est Johannes. Iste
autem ut dixi proprie. Non sum
ergo helias. Si figuram precur
sionis advertas. Johannes ipse
est helias. Quod enim ille ad pri
mum adventum. hoc ille ad se
cundum erit. Si proprietatem per
sone interroges Johannes Johannes. he
lyas helyas. Dominus ergo ad pre
figuracionem recte. Ipse est helyas
Johannes autem recte ad proprieta
tem non sum helias. Nec Johannes
falsum. nec dominus falsum. nec
preco falsum. nec iudex falsum.
Si intelligas quis autem in
telligit. Qui imitatus fuerit
humilitatem preconis et cogno
vit celsitudinem iudicis. Nichil
enim humilius ipso precone fratres
mei. nullum tantum meritum
Johannes habuit quam de ista
humilitate quod cum posset fal
lere homines et putari christus.
haberi pro christo. tante enim gra
tie. tanteque excellentie fuit
Confessus est tamen aperte
et dixit non sum ego christus.
Numquid tu helyas es. Iam si
diceret helias sum. Ergo dominus
in secundo adventu adveniens
christus iudicare non ad hunc
in primo iudicaretur tamquam
dicens. Venturus est helyas. No
sum inquit helyas. Sed obser
vate humilem antequam venit
Johannes. ne senciat excelsum dnq

venturus e helias. Nam et dns
ita compleuit. ipe est iohannes
baptista qui venturus e. ipa
prefiguracione venit iste. qua
proprietate helyas venturus e
tunc helias proprietate helias
erit. Nunc per similitudinem
iohannes erat. Modo iohannes
per proprietatem iohannes per si
militudinez helyas e. Ambo
precones sibi dederunt simili
tudines suas et tenuerunt prope
tates suas. Huius autem dns
iudex sine illo precone precede
te. Sine illo precone subsequen
te. Et interrogauerunt eum. Quid
ergo helias es tu. Et dixit non.
Et dixerunt ei propheta es tu.
Et. et non. Dixerunt ergo ei
Quis es. ut responsum demus
hijs qui miserunt nos. Quid
dicis de teipso. Ait. Ego vox cla
mantis in deserto. ysayas ut
dixit. In iohanne propheta ista
ysaye impleta e. Ego vox cla
mantis in deserto. Quid cla
mantis. Dirigite viam dni
rectas facite semitas dei nri
non uobis uidetur preco esse
et dicere. Exite facite viam.
nisi quod preco. exite. dicit. Johs
venit dicit. Audite repellit
preco. Ad iudicem vocat. Johs
immo vocat Johannes ad
humilem ne iudex sentiatur
excelsus. Ego vox clamantis
in deserto dirigite viam dni
sicut dixit ysayas propheta. Non dixit.
Ego sum Johannes. Ego sum
helias ego sum propheta. Sed quid
dixit hoc vocor. vox clamantis

in deserto dirigite viam domino
Ego sum ipa prophetia. Et qui missi
fuerant ex phariseis erant. id e
ex principibus iudeorum. Et in
terrogauerunt et dixerunt. Quid
ergo baptisas. si tu non es xpus
neque helias neque propheta. Quasi
audacie uidebatur baptisare quasi
in aqua. Personam quiminus vtrum
tu sis xpus. tu dicis te non esse.
Querimus ne forte precursus
illius sis. Quia nouimus ante
aduentum xpi venturum esse. He
liam negas te esse. Querimus
ne forte aliquis multum puenien
ens preco es. idem propheta. Et
accepisti hanc potestatem. nec prophe
tam se esse dixit. Et non erat
propheta iohannes. maior erat
quam propheta. Dominus de illo
tale testimonium dedit. Quid
existis uidere in deserto arun
dinem vento agitatam. utique
quod non vento agitari subaudis
quia non hoc erat iohannes
quasi a vento mouetur. Qui
enim vento moue. cuius flatur
omni spiritu seductorio. Sed quid
existis uidere hominem mollibus
vestitum. vestiebatur enim iohes
aspris idem tunica facta de pilis
cameli. Ecce qui mollibus vesti
untur in domibus regum sunt. Non
ergo existis uidere hominem mol
libus vestitum. Sed quia existis
uidere propham ita dico uobis ma
ior quam propheta hic. Quia
prophete longe premisserunt Jo
hannes premitem demirabat. Quid
ergo tu baptisas. si tu non es
xpus neque helyas neque propheta

Respondit eis Iohannes et dixit ego bap-
tizo in aqua medius autem vestrum
stetit quem vos non scitis. Humi-
lis enim non videbatur et ideo
ea lucerna accensa est. Videte
quo dat locum quod alius posset
putari. Ipse est qui post me venit
qui ante me factus est. Sicut
iam diximus. Idem ante positus
est michi. Cuius non sum dignus
ut solvam corrigiam calciamen-
ti eius. Quantum se abiecit et
ideo multum elevatus est. Qui enim
se humiliat exaltabitur. Unde
debeat videre sanctitas vestra quia
si iohannes sic se humiliavit ut
diceret non sum dignus solvere
corrigiam. Quid habent humiliari
qui dicunt: Nos baptizamus
nos quod damus nostrum est et
quod nostrum est sanctum est. Ille dicit non
ego sed ille. illi dicunt nos. Non est
dignus iohannes solvere cor-
rigiam calciamenti eius. etsi
diceret dignus est quam humilis
esset. Si dignum se diceret et sic
diceret Ille venit post me qui
ante me factus est. Cuius tantum-
modo corrigiam calciamenti
dignus sum solvere multum
se humiliasset. Cum autem nec
ad hoc dignum se dicit. Vere plenus
spiritu erat qui sic servus dominum
agnovit et ex servo amicus fieri
meruit. Hec in bethania fac-
ta sunt trans iordanem ubi erat
iohannes baptizans. In octava epiphanie

Altera die vidit iohannes
ihesum venientem ad se et ait
Ecce agnus dei ecce qui
tollit peccata mundi. nemo sibi
arroget et dicat quia ipse auf-
ferat peccata mundi. Unde iam
intendite contra quos superbos
intendebat digitum Iohannes.
Nondum erant nati heretici. et
iam ostendebantur contra illos. Cla-
mabat tunc a fluvio. contra
quos modo clamat ex evange-
lio. Venit ihesus et quid dicit
ille. Ecce agnus dei. Si agnus
innocens et Iohannes agnus.
Annon et ipse innocens. Sed
quis innocens quantum inno-
cens. Omnes ex illa radice
veniunt et de illa propagine. de
qua cantat gemens david.
Ego in iniquitate conceptus sum
et in peccatis mater mea in utero
aluit. Solus ergo ille agnus
qui non sic venit. Non enim in
iniquitate conceptus est. quia
non de mortalitate conceptus
est. nec eum in peccatis mater
eius in utero aluit. quem virgo
concepit virgo peperit
quia fide concepit et fide su-
scepit. Ergo ecce agnus dei.
Non habet iste traducem de adam
Carnem tamen assumpsit de adam
peccatum non assumpsit. Quod non
assumpsit de nostra massa peccatum
Ipse est qui tollit nostrum peccatum. Ec-
ce agnus dei ecce qui tollit
peccata mundi. Nostis quia
quidam homines dicunt aliquando
nos tollimus peccata hominibus quia
sancti sumus. Si enim non fuerit
sanctus qui baptizat quomodo tol-
lit peccatum alterius cum sit ipse
homo plenus peccato. contra istas
disputationes verba nostra non dicamus

Nunc legamus Ecce agnus
dei · ecce qui tollit peccatum mun-
di · Non presump(sit) hominibus in
homines · Non transmigret pas-
ser in montes in domino confidat
Et si levet oculos suos in mon-
tes · unde veniat auxilium
et Intelligat quia auxilium eius
a domino qui fecit celum et ter-
ram · Tante excellencie Iohannes
dicitur ei · tu es christus · dicit
non tu es helyas dicit non
Tu es propheta · dicit non · quare
ergo baptisas Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mundi
Hic est de quo dixi Post me ve-
nit vir qui ante me factus
est quia prior me erat · Post
me venit quia posterius natus
est · Ante me factus est · quia pla-
tus est michi · Prior me erat
quia in principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus
erat verbum Et ego nesciebam
eum dixit Sed ut manife-
staretur israel · propterea ego ve-
ni in aqua baptisans Et te-
stimonium perhibuit Johannes
dicens · quia vidi spiritum de celo
descendentem quasi colum-
bam et mansit super eum
et ego nesciebam eum Sed qui
me misit baptisare in aqua
ille michi dixit Super quem vi-
deris spiritum descendentem et
manentem super eum hic
est qui baptisat in spiritu sancto
Et ego vidi et testimonium
perhibui · quia hic est filius
dei · Intendat modicum caritas
vestra · Johannes qui dedicit filium d(ei)

Missus est enim ut baptisaret
in aqua Exquesitum est quare ma-
nifestaretur in israhel dixit
Quid profuit baptismum Jo-
hannis fratres mei · Si profuit
et modo maneret et baptisarentur
homines in baptismo Johannis
et sic venirent ad baptismum christi
Sed quid ait ut manifestaretur
in israhel · idest ipsi populo isra-
hel · ut manifestaretur christus · ve-
nit baptisare in aqua Accepit
ministerium baptismi Johannes
in aqua penitenti parare viam
domino non existens dominus
At ubi cognitus est dominus superfluo
ei via preparabatur quia cognoscen-
tibus se ipse factus est via Ita
quod non duravit diu baptismum
Johannis Sed quid demiratus
est domini humilitas ut ideo acciperet
baptismum Johannes in quo
baptisaretur ipse dominus Et opus
erat domino baptisari Et ego me
rogans cito respondeo Opus erat
domino nasci · Opus erat domino
crucifigi Opus erat domino mori
Opus erat domino sepeliri Si
ergo tantam suscepit pro nobis
humilitatem baptismum non
erat suscepturus · et quid pro-
fuit quia suscepit baptismum
servi ut tu non dedigneris sus-
cipere baptismum domini Inten-
dat caritas vestra · futuri erant
in ecclesia aliqui excelsioris gratie
cathecumini · Fit enim aliquando ut vi-
deas cathecuminum abstinentem
ab omni concubitu valefacientem
seculo renunciantem omnibus que
possidebat distribuentem pauperibus

et cathecuminus est. Instructus etiam forte doctrina salutari su pra multos fideles emmendum est. Hinc se dicat apud semet ipsum de baptismo sancto quo peccata dimittuntur. Quid plus accepturus sum. Ecce ego me lior sum illo fideli et illo fideli. Cogitans fideles aut coniuga tos aut forte ydiotas aut habentes et possidentes res suas quas ipse distribuit iam pauperibus. Et meliorem se arbitrans esse quam ille. qui iam baptisatus est. Dedignetur venire ad baptis mum dicens. Hoc sum accepturus quod habet ille et ille. Et ponat sibi eos quos contempnet. Et quasi sordeat illi hoc accipere quod acce perunt inferiores quia iam videtur ipse sibi melior. Et tamen omnia peccata supra illum sunt. Et nisi venit ad salutare baptis ma. ubi peccata solvuntur cum omni excellencia sua non potest intrare in regnum celorum. Sed ut illam excellentiam invitaret dominus ad baptismum suum. ut peccata illi dimitterentur venit ipse ad baptismum servi sui. Et cum ipse non haberet quod ei dimitteretur nec quid in illo lavaretur suscepit a servo baptismum. et tamquam allocutus est filium superbientem et extollentem se. ac dedignantem sortem accipere cum ydiotis. unde ei salus possit venire. et quasi dicens. Quantum te extendis. quantum extollis. quanta est excel lencia tua quanta gracia tua. mayor potest esse. quam mea. Ego

veni ad servum. tu dedignaris ve nire ad dominum. Hic ego suscepi baptismum servi baptisari tu dedignaris a domino. Nam ut noveritis fratres mei quia non ex necessitate alicuius vinculi peccati dominus veniebat ad ipsum Jo hannem. sicut dicunt alii euvan geliste. Cum ad illum veniret baptisandus dominus ait ipse Jo hannes. Tu ad me venis ego a te debeo baptisari. Et quid ei respondit. Sine modo ut impleatur omnis iusticia. Quid est impleatur omnis iusticia. Mori veni pro hominibus baptisari non habeo pro hominibus. Quid est imple atur omnis iusticia. Impleatur omnis humilitas. Quid ergo non erat suscepturus baptismum a bono servo. qui passionem suscepit a servis malis. Inten dite ergo baptisato domino. si postea baptisavit iohannes ut in eius baptismo dominus ostenderet humilitatem. Nemo alius baptisaretur baptismo Johannis. Multi autem bap tisati sunt baptismo iohannis baptisatus est et dominus bap tismo iohannis et cessavit bap tismus iohannis. Inde iam missus est in carcerem Johannes. Ex de inceps nemo baptisatus inve nitur illo baptismate. Si er go propterea venit et Johannes baptisare. ut domini nobis humili tas demonstraretur. Ut quod ille suscepit a servo nos non dedignaremur suscipere a domino. Dum solum Johannes baptisaret

Sed si solum dominum Johannes
baptisaret non deessent qui
putarent sanctius fuisse bap
tismum johannis quam xpi.
Quasi baptismo johannis so
lus xpus meruisset baptisari
Baptismo autem xpi genus
humanum baptisatur. Intendat
karitas vestra baptismo xpi bap
tisati sumus. Non tantum nos sed
et universus orbis terrarum
et baptisatur est usque in fine
Quis nostrum potest ex al[illegible] a
ex aliqua parte comparari se
xpo cuius se Johannes dixit
indignum solvere corrigia
calciamenti Si ergo ille xpc
tante excellentie homo deus
solus baptisaretur baptismo
Johannis Quid dicturi erant
homines quale baptismum
habuit Johannes Magnum bap
habuit ineffabile sacramentum
Vide quia solus xpus meruit
baptisari johannis baptismo
Atque ita maior videtur bap
tismus servi quam baptismus
domini. Baptisati sunt et
alii baptismo johannis ne
melior baptismus johannis
videretur quam xpi. Baptisatus
est autem et dominus ut domino
suscipiente baptismum servi
non dedignarentur alii servi
suscipere baptismum domini Ad hoc
ergo missus erat Johannes Sed
noverat xpm an non noverat
Si non noverat quare dice
bat quando venit ad fluvium xpus
Ego a te debeo baptisari Hoc
est scio quis sis Si ergo iam

noverat certe tunc cognovit
quando vidit columbam descenden
tem. Manifestum est quia columba
non descendit super dominum
nisi postea quam descendit ab aqua
baptismi. Dominus baptisatus
ascendit ab aqua baptismi. Ap
ti sunt celi et vidit super eum
columbam. Si ergo post baptis
mum descendit columba et
Antequam baptisaretur dominus
Dixit illi Johannes Tu ad me
venis Ego a te debeo baptisari
Ante illum noverat qui dixit
Tu ad me venis Ego a te debeo
baptisari Quomodo ergo dixit
et ego nesciebam eum Sed qui
me misit baptisare in aqua ipse
michi dixit Super quem videris
spiritum descendentem sicut colu
bam et manentem super eum
ipse qui baptisat in spiritu sancto
Non parva questio est fratres
mei Si vidistis questionem non parum
vidistis superest ut ipsius solutionem
dominus det Tamen illud dico si
vidistis questionem non est parum
Ecce positus est Johannes ante
oculos vestros. Stans ad fluvium
Johannes baptista Ecce venit
dominus adhuc baptisandus. non
dum baptisatus audi vocem
Johannis Tu ad me venis ego
a te debeo baptisari Ecce iam
cognoscit dominum a quo vult
baptisari. Baptisatus dominus
descendit ab aqua Aperiuntur
celi descendit spiritus Modo illum
cognoscitur dixit ante Ego
a te debeo baptisari Si autem
modo eum cognoscit quia iam

Incipit omelia quinta · beati · Augustini · episcopi

nouerat eum Quid est quod di
xit non noueram eum Sed qui
me misit baptisare in aqua
ipse michi dixit Super quem
videris spiritum descendentem et
manentem super eum velut
columbam ipse est qui bapti
sat in spiritu sancto Fratres ista questio
si hodie soluatur grauat nos non
dubito quia iam multa dicta
sunt Sciatis autem talem esse ista
questionem vt hec sola perimat partem
donati Ad hoc dixi caritati vestre
ut intentos vos facerem Simi
liter ut soleo simul ut oretis
pro nobis et pro vobis · ut et
dominus det digna loqui et vos
digna capere mereamini Interim
hodie dignamini differre Sed hoc
breuiter dico Interim donec sol
uatur Interrogate pacifice
sine rixa sine contentione sine
altercationibus sine · inimiciciis
et nobiscum querite et alios in
terrogate et dicite · hanc questionem
proposuit nobis episcopus noster · Aliquando
si dominus concesserit soluturus
eam · Sed siue soluatur siue non
soluatur putate me proposuisse
quod me mouet Moueat enim mul
tum dixit Johannes · Ego a te
debeo baptisari · Tamquam xpo
cognito Si enim non nouerat
eum a quo volebat baptisari
temere dicebat Ego a te debeo
baptisari nouerat ergo eum ·
Si nouerat eum quid est ergo
quod dixit Non noueram eum
Si nouerat Sed qui me misit
in aqua baptisare ipse michi dixit ·
Super quem videris spiritum de-

scendentem sicut columbam et ma
nentem super eum ipse est qui
baptisat in spiritu sancto Vi
deamus fratres quia non scimus ·
quando venerit columba · Ne forte
ibi lateat legantur alii euan
geliste qui planius illud dixe
runt et inuenimus apertissime
Tunc descendentem columbam
cum dominus ab aqua descendit
Super baptisatum enim aperti
sunt celi et vidit spiritum descen
dentem Si iam baptisatum
cognouit dominum · veniente ad
baptismum quid dicit Ego a
te debeo baptisari · Hanc vobis
cum interim ruminate hanc
vobiscum conferte · hanc vo
biscum tractate Prestet dominus
deus noster ut antequam a me
audiatis alicui vestrum priori
eam reuelet Tamen hoc scia
tis quia per istius questionis
solucionem voce partis donati de
baptismi gracia ubi nebulas
obtendunt inplicitis et recia
tendunt auibus volantibus
Si frontem habeant omnino
non habebunt omnino corda ora
claudentur Et explicat omelia quinta

Incipit omelia sexta

Sicut dominus vo-
luit ad diem pro
missionis nostre per-
uenimus prebebit et
hoc ut ad ipsius
promissionis
reddicionem peruenire possimus
Tunc enim ea dicimus et no
bis et vobis vtilia sunt si ab
ipso sunt Que autem ab homine
sunt mendacia sunt Sicut ipse

dixit dominus ihesus xpus Qui
loquitur mendacium de suo lo
quitur Nemo habet de suo nisi
mendacium et peccatum Si quis
autem homo habet veritatis iusti
ciam ab illo fonte est quem de
bemus sitire in hac heremo
ut ex eo quasi guttis quibus
dam irrigati Et in hac pe
regrinacione interim consola
ti ne deficiamus in via veni
re ad eius requiem satietate
que possimus Si ergo qui loquitur
mendacium de suo loquitur qui
loquitur veritatem de deo lo
quitur verax Johannes Sed
omnis verax a veritate verax
est Si ergo verax Johannes
et verax esse homo non potest
nisi a veritate a quo erat verax
nisi ab eo qui dixit Ego sum
veritas Non ergo possunt di
cere aut veritas contra veritatem
veracem aut verax contra veritatem
veracem veritas misit et ideo
verax erat quia a veritate mis
sus erat Si veritas Johannem mi
serat xpus eum miserat Sed
quod xpus cum patre facit pater
facit Et quod pater cum xpo facit
xpus facit Nec seorsum ali
quid pater sine filio facit nec se
orsum aliquid filius sine patre
Inseparabilis caritas insepa
bilis unitas inseparabilis maie
stas inseparabilis potestas Se
cundum hec verba que ipse posuit
Ego et pater unum sumus Quis er
go misit iohannem Si dicamus
pater verum dicimus Si dicamus
filius verum dicimus Manifestius

autem ut dicamus pater et filius
Quem misit autem pater et filius
unus deus misit quia filius dixit
ego et pater unum sumus Quomodo ergo
nesciebat eum a quo missus est
dixit enim Ego nesciebam eum
Sed qui me misit baptizare in a
qua ipse michi dixit Interrogo
Johannem qui te misit baptiza
re in aqua quid tibi dixit Super
quem videris spiritum descendentem
sicut columbam et manentem super
eum ipse est qui baptizat in spiritu
sancto Hoc tibi Johannes dixit
qui te misit manifestum quia
hoc Quis ergo te misit fforte
pater verus deus pater et veritas deus
filius Si pater sine filio te mi
sit deus sine veritate te misit Si
ideo autem verax es quia veritatem
loqueris et ex veritate loqueris
Non te misit pater sine filio sed
simul te misit pater et filius Si
ergo et filius te misit cum patre
quomodo nesciebas eum a quo missus
es quem videras in veritate
ipse te misit ut cognosceretur
in carne et dixit Super quem vide
ris spiritum descendentem sicut colu
bam et manentem super eum ipse
est qui baptizat in spiritu sancto
Hoc audivit Johannes ut nosset
eum quem non noverat an ut
plenius nosset quem iam nove
rat Si enim omnino ex parte non
nosset non venienti ad fluvium
ut baptizaretur diceret Ego a
te debeo baptizari et tu venis ad
me Noverat ergo Quando autem
columba descendit iam baptizato
domino et ab aqua descendente

Ecce si ille qui eum misit dixit Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam et manentem super eum ipse est qui baptisat in spiritu sancto Et non noverat eum Sed columba descendente cognovit eum Columba non tunc descendit quando dominus ab aqua descendit Tunc autem cognoverat Johannes dominum quando ad eum dominus ad aquam veniebat Manifestatur nobis quia Johannes secundum aliquid noverat secundum aliquid nondum noverat dominum Nisi autem hoc intellexerimus mendax erit quando erit verax agnoscens qui dixit Quid ad me venis baptisari ego a te debeo baptisari · verax est cum hoc dicit Et quo rursus verax est cum dicit Ego non noveram eum sed qui me misit baptisare in aqua ipse michi dixit super quem videris spiritum descendentem sicut columbam et manentem super eum ipse est qui baptisat in spiritu sancto Innotuit per columbam dominus non ei qui se non noverat sed ei qui in eo aliquid noverat · aliquid non noverat Verum est ergo querere Quid in eo Johannes nondum noverat et per columbam didicit · quare missus est Johannes baptisans Iam meminimus me quantum potui dixisse karitati vestre Si enim baptismus Johannis necessarius erat saluti nostre Et modo debuit exerceri non enim modo salvantur homines aut non modo plures salvantur Aut alia tunc salus erat alia modo Si mutatus est xpus mutata est salus Si salus in xpo est et idem ipse xpus est Eadem nobis salus est Sed quare missus est iohannes baptisans quia opportebat baptisari xpm Quare opportebat baptisari xpm Quare oportuit nasci xpm Quare oportuit crucifigi xpm Cum enim viam humilitatis demonstraturus advenerat et se ipsum facturus ipsam humilitatis viam in omnibus ab eo implenda erat humilitas · auctoritatem dare baptismo suo · Hinc dignatus est ut cognoscerent servi · quanta alacritate debent currere ad baptismum domini quando ipse non dedignatus est suscipere baptismum servi Donatum enim hoc erat iohanni ut ipsius baptismum diceretur · hoc attendat et distinguat et noverit karitas vestra · baptismus quod accepit Johannes baptismus iohannis dictus est · solus tale donum accepit nullus ante illum iustorum nullus post illum acceperat baptismus qui baptismus ipsius diceretur Accepit quidem Johannes non enim a se posset aliquid Si enim a se quis loquitur mendacium de suo loquitur et unde accepit nisi ab ipso domino in re · Ab eo ut baptisare posset accepit quem postea baptisavit · Nolite mirari Sic enim fecit hoc xpus in Johanne quomodo fecit de matre De xpo enim dictum est Omnia per ipsum facta sunt Si omnia per ipsum et maria per ipsum facta est de qua postea natus est xpus Intendat caritas

uerit quod creauit mariam · et
creatus est per mariam Sed dedit
baptismum iohannis et baptiza
tus est a iohanne · Ad hoc er
go accepit baptismum a iohanne
ut accipiens quod inferius
erat ab inferiore ut ad id quod
superius erat hortaretur infe
riores Sed quare non solus ipse
baptizatus est a iohanne Si
ad hoc missus erat iohannes per
quem baptizaretur christus ut
pararet viam domino idem ipsi
christo et hoc iam diximus Sed co
memoramus quia necessarium est propter quod
Si solus dominus noster ihesus christus
baptizatus esset baptismo iohannis
tenete quod dicimus · non tamen
valeat seculum · ut deleat de cordi
bus vestris quod ibi scribit spiritus
dei Non tantum valeant spi
ne auaricium ut offocent semen
quod seminatur in nobis Cur
enim coguntur eadem repetere · nisi
quia de memoria cordis vestri
securi non sumus Si ergo solus
dominus baptizatus esset baptismo
iohannis non deessent qui sic
eum haberent ut putaret baptis
mum iohannis maiorem esse
quam baptismum christi Dicerent
enim usque adeo Ille baptismus
maior est ut solus christus ab eo
baptizari meruisset ergo ut
daretur nobis a domino exem
plum humilitatis ad percipienda
salutem baptismi Christus sus
cepit quod ei opus non erat
Sed propter nos opus erat Et
rursus ne hoc ipsum quod accepit
a iohanne christus preponetur baptismo

christo permissi sunt et alii baptizari a
iohanne Sed qui baptizati sunt
a iohanne non eis suffecit Bap
tizati sunt enim baptismo christi quia non
baptismus christi erat baptismus iohannis
Qui accipiunt baptismum christi bap
tismum iohannis non querant Qui
acceperunt baptismum iohannis bap
tismum christi quesierunt Ergo christo suffecit
baptismum iohannis Quomodo non
sufficeret quando nec ipsi erat necessarius
Illi enim nullus baptismus erat necessarius
Sed hortando nos ad baptismum
suum suscepit baptismum servi Et
ne preponetur baptismus servi bap
tismo domini baptizati sunt alii
baptismo conservi Sed qui bapti
zati sunt baptismo conservi oppor
tebat ut baptizarentur baptismo
domini Qui autem baptizantur
baptismo domini · non opus habent
baptismo conservi Ille enim baptismus
iohannis dictus est Cui proprie iohannis
diceretur · quia solus iohannes
tale donum accepit · Nullus post illum
ita accepit baptismum qui baptis
mus ipsius diceretur Sed forte aliquis
existit et dicit proba nobis quia iohannis
baptismus iohannis dictus est Pro
babo ipsa veritate dicente quando interro
gavit iudeos · baptismus iohannis
Unde est de celo an ex hominibus
Dominus autem ihesus christus bap
tismum suum noluit alicui dare · Non
ut nemo baptizaretur baptismo
domini Sed ut semper ipse dominus
baptizaret id actum est ut et per
ministros dominus baptizaret · id est ·
et quos ministri domini baptizaturi
erant dominus baptizaret non illi Aliud
est enim baptizare per ministerium aliud

baptisare per ptatem. Baptism⁹
enim talis est qualis est ille . xpus
in cuius ptate datur . non qualis
ille sacerdos est per cuius ministeriu
datur. Talis erat baptismus Johis
qualis Johannes. Baptismus iu
stus . tamquam iusti . tamen ho
minis . sed quia acceperat a deo ista
graciam et tantam gratiam . ut
dignus esset precedere iudicem . et
eum digitto ondere et implere uo
cem prophecie illius. Vox clamantis
in deserto parate viam domini
Talis autem baptismus domini qua
lis dominus. Ergo baptismus dni
diuinus quia dominus deus. Potuit
autem dominus ihesus xpus dare
ptatem alicui servo suo ut daret
Baptismum suum . tamquam vice sua
ut transferret a se baptisandi po
testatem et constitueret in aliquo
servo suo et tantam vim daret
baptismo translato in servum
quantam vim haberet baptism⁹
datus a domino. Hoc noluit
ideo ut in illo spes esset baptisa
torum a quo se baptisatos agno
scerent. Noluit ergo servum ponere
spem in servo. ideoque clamat apls
cum uideret homines volentes
ponere spem in seipso. Nunquid
paulus pro uobis est crucifixus aut
in nomine pauli baptisati estis
Baptisauit ergo paulus tam
quam minister non tamquam ipa po
testas. Baptisauit autem dominus
tamquam ptas. Intendite et po
tuit hanc ptatem servo dare et
noluit si enim daret hanc ptatem
servis id est ut ipsorum esset quod
domini erat . tot essent baptismi
quot essent servi ut quomodo dictus
est baptismus iohannis sic di
ceretur baptismus petri baptis
mus pauli baptismus Jacobi
baptismus thome bartholomei
mathei. Ille enim baptismus
Johannis dictus est . sed forte
aliquis existit et dicit proba no
bis quia ille baptismus iohannis
dictus est. Probabo ipa veritate
dicente quando interrogauit iude
os Baptismus iohannis unde
est de celo an ex hominibus
Ergo ne tot baptismi dicerentur
quot eent servi qui baptisabant
Accepta ptate a domino sibi
tenuit dominus baptisandi po
testatem . servis ministerium dedit
dicit se servus baptisare . recte
dicit sicut aplus dicit Bapti
saui autem et stephane domum
sed tamquam minister. Ideo si sit et
malus et contingat illi habere
ministerium et si eum homines
non nouit et deus eum nouit
permittit deus baptisari per
eum quia sibi tenuit ptatem
Hoc autem iohannes no
nouerat in domino quia domin⁹
erat nouerat quia debebat ab
ipso baptisari nouerat. Et
confessus est quia ueritas erat et
Et ille verax missus a ueritate
nouerat hoc. Jam nouerat cum
dicit. Tu ad me venis baptisari
et ego a te debeo baptisare. Sed
quid in eo non nouerat quia
sibi retenturus erat baptismi
sui potestatem et non eam ex
trans missurus et translatur⁹
in aliquem servum. Sed sive bapti
saret.

P
ministerio servus bon' sive bap
tisaret ministerio servus mali
non sciret se ille qui baptisare'
baptisari nisi ab illo qui sibi
tenuit baptisandi ptatem Et
ut sciatis fratres mi quia hoc
in illo non noverat iohannes
s hoc didicit per columbam · do
minum eni noverat s eum bapti
sandi sibi ptatem retenturu Et
nulli servo eam daturum · no
dum noverat Sedm hoc dixit
Et ego nesciebam eum Et ut no
veritis quia hoc ibi didicit Atte
dite sequentia Sz qui me mis't
baptisare in aqua ipse michi di
xit Super quem videris spm
descendentem quasi columbam
et manentem super eum ipse e
Quid ipse est dominus Sz ia
noverat dominu Ergo putate
huc usq dixisse iohannem Ego
non noveram eum s qui me
misit baptisare in aqua ipse
michi dixit Queri' quid di
xerit Sequitur Super que
videris spiritum descendentem
tamq columbaz et manente
super eum Non dico sequentia
Interim attendite · se quem vi
deris spiritum descendentem ta
q columbam et manente se eu
ipse; sed quid ipse est Quid me
voluit per columbam docere q
me misit quia ipse erat dom'
Iam noveram a quo missus
eram Iam noveram eum cui
dixi Tu ad me venis baptisari
Ego a te debeo baptisari · usq
a deo ergo noveram dominum
Ut ego ab eo vellem baptisari

non ut a me ipse baptisare'. Et
tunc michi dixit Sine modo Im
pleatur omnis iusticia pati veni
baptisari non venio Impleatur
omnis iustia Ait michi domin'
meus Impleatur omnis iusticia
doceam plenam humilitatem no
vi superbientes in futuro pplo
meo · novi aliquos in aliqua ex
cellentiore gratia futuros ho
mines Ut cum viderint pdpotas
aliquos baptisari illi · qa melio
res sibi videntur · sive continecia
sive elemosinis sive doctrina · dedi
gnabuntur fortasse accipe · qd
illi inferiores acceperint Oport3
ut sanem eos ut non dedignentur
venire ad baptismu domini · Quia
ego venio ad baptismu servi ia
hoc ergo noverat iohannes et no
verat dominu Quid ergo docuit
per columbam · quid voluit per
columbam idem per spm scm sic
venientem docere qui miserat
eum Qui ait Super quem vi
deris spiritum descendentem ta
quam columbam et manentez
super eum ipse est Quid e · ipse e
dom' · novit · Sz inquit iam h'
noverat · quia dom' iste baptisa
di hns ptatem Eam ptatem nulli
servo daturus est Sz sibi eam re
tenturus est ut omnis qui bapti
satur per sui ministerium non in
putet servo sed domino · Nuquit
iam h' noveras · non h' noveram
adeo qui michi dixit · super quem
videris spiritum descendentez ta
quam columbam et manentem
se eum ipse est qui baptisat in spi
ritu sancto Non ait ipse e domin'

Non ait ipse est xpus Non ait ipse est ihus non ait ipse est qui natus est de uirgine maria. posterior te prior te. Non ait hoc Jam enim hoc nouerat Johannes Sed quid non nouerat tantam potestatem baptismi ipsum dominum habiturum et sibi retenturum siue presentem in terra. siue absentem corpore in celo. et presentem maiestate. sibi retenturum baptismi potestatem Ne paulus diceret baptismus meus Ne petrus diceret baptismus meus Ideo uidete intendite uoces apostolorum. nemo apostolorum dixit baptismus meus. Quamuis unum esset omnium euangelium Inuenis dixisse euangelium meum Non inuenis dixisse baptismus meus Hoc ergo didicit johannes fratres mei. Quod didicit iohannes per columbam discamus et nos Non enim columba iohannem docuit et ecclesiam non docuit Cui ecclesie dictum est. Una est columba mea Columba doceat columbam Nouit columba quod johannes didicit per columbam Spiritus sanctus in columbe specie descendit. Hoc autem quod discebat iohannes in columba quare in columbe specie didicit Oportebat enim ut disceret. nec hoc forte oportebat nisi ut per columbam disceret Quid dicam de columba fratres mei aut quando michi sufficit facultas uel cordis uel lingue dicere quomodo volo et forte non digne volo quomodo dicendum est Nec sic tamen possum dicere quomodo volo quanto minus quomodo dicendum est Ego a meliore hoc audire vellem non uobis dicere Didicit iohannes eum quem nouerat sed in eo non didicit in quo nouerat sed didicit in quo eum non nouerat Et quid nouerat dominum Quid non nouerat potestatem baptismi domini in nullum hominem a domino transituram Sed ministerium plane transiturum potestatem a domino in neminem ministerium et in bonos et in malos Non exhorreat columba ministerium malorum Respiciat domini potestatem Quid tibi facit malus minister ubi bonus est dominus. quid te impedit malitiosus preco. si est beniuolus iudex. Johannes didicit per columbam hoc quod est quod didicit ipse repetat ipse michi dixit inquit Super quem videris spiritum descendentem tamquam columbam et manentem super eum Hic est qui baptizat in spiritu sancto Non te ergo decipiant o columba seductores qui dicunt nos baptizamus. Columba agnosce quid docuit columba Hic est qui baptizat in spiritu sancto Per columbam dicitur quia hic est et tu illius potestate putas te baptizari cuius ministerio baptizaris Si hoc putas nondum es in visceribus columbe. Non mirandum quia predicas simplicitatem non habes. simplicitas enim maxime per columbam demonstratur quare

per simplicitatem columbe di-
ceret Johannes quia hic est
qui baptisat in spiritu sancto
Fratres mei. nisi quia columbe
non erant qui ecclesiam dissipa-
uerunt. Accipitres erant mil-
ui erant non lacerat columba
Et uides illos inuidiam nobis
facere quasi de persecutionibus
quas passi sunt. Corporales qui-
dem passi quasi persecutiones
Cum essent flagella domini
manifeste dantis disciplinam
ad tempus ne dampnet in eter-
num. Si enim non cognoue-
rint seque correxerint. Illi ve-
persecuntur ecclesiam qui dolis
persecuntur. Illi grauius cor fe-
riunt qui gladio lingwe fe-
riunt. Illi acerbius sangwi-
nem fundunt qui christum quan-
tum in ipsis est in homine oc-
cidunt. per territi uidentur
quasi iudicio potestatum. Quid
tibi facit potestas si bonus es
Si autem malus es. time po-
testatem. Non enim frustra gla-
dium portat. dixit apostolus
Cum gladium noli educere
quo percutis christum. Christiane
quid tu persequeris in christiano.
Quid inte persecutus est
imperator. Carnem persecutus
est. tu in christiano spiritum perse-
queris non occidis tu carnem
et tamen nec carni parcunt
Quot quot potuerunt ceden-
do necauerunt nec suis nec
alienis pepercerunt notum est
hoc omnibus. Inuidiosa est
potestas quia legittima est. In-

uidiose facit qui iure facit sine
inuidia facit qui preter leges
facit. Attendat unusquisque ve-
strum fratres mei quod habet christia-
nus quod homo est commune est
cum multis. quod christianus est. se-
cernitur a multis. et plus ad illum
pertinet quod christianus quam quod
homo. Nam quod christianus renouatur
ad ymaginem dei. Quod autem
homo factus est homo ad yma-
ginem dei. Quod autem homo
possit et malus possit et paga-
nus possit et ydolatra. In hoc
persequeris in christiano quod melius
habet. Hoc enim illi uis auffer-
re. unde uiuit. Viuit enim temporaliter
secundum spiritum vite quo corpus
animatur. Viuit autem ad eter-
nitatem secundum baptismum
quod accepit a domino. Hoc illi
uis tollere quod accepit a domino
hoc illi uis tollere. Vnde uiuit. La-
trones eos quos uolunt exspo-
liare. sic uolunt ut ipsi habeant
plus. et illi nichil habeant. Tu
et tollis huic et aput te non
erit plus. Non enim plus tibi fit
quia tu huic tollis. Et vere hoc
faciunt quod hii qui tollunt animam
et alteri tollunt et ipsi duas ani-
mas non habent. Quid ergo uis
afferre. Vnde tibi displicet quem
uis rebaptisare. dare non potes
quod iam habet. Sed facis nega-
re quod habet. Quid acerbius fa-
ciebat paganus persecutor ecclesie
Exercebantur gladii aduersus
martires et mittebantur bestie
ignes admouebantur ut quid
ista. ut diceret qui ista patiebatur

non sum xpianus Quid doces tu
eum quem uis rebaptisare nisi
ut primo dicat non sum xpianus
Ad quod alii persecutores proferre-
bant flammam ad hoc tu producis
linguam seducendo facis quod
ille occidendo non fecit et quid
est quod daturus es et cui da-
turus es Si tibi verum dicat et
non seductus a te mentiatur Da-
turus es habeo. interroga habes bap-
tismum. dicit habeo quamdiu dicit
habeo inquis non sum daturus.
et noli dare. Quod enim uis da-
re herere in me non potest Sed ta-
men expecta videam quod me
uis docere Dic inquit primo
Non habeo Sed habeo. Si dixero
non habeo mentior Quod enim
habeo habeo Non habes inquit. Do-
ce quia non habeo Malus tibi
dedit Si malus xpus malus
michi dedit Non inquit malus
xpus Sed non xpus tibi dedit
Quis ergo michi dedit Responde
me a xpo sic accepisse. Dedit
tibi inquit Sed traditor nescio
quis non xpus Videro quis fuit
minister videro quis fuit pre-
co De officiali non disputo iudi-
cem attendo et forte quod obicis
officiali mentiris Sed nolo dis-
cutere causam officialis sui Co-
gnoscat dominus amborum Forte
si exegero ut probes non probas
Immo probatum est te proba-
re non potuisse. sed ibi non po-
no causam meam. ne cui stu-
diose cepero defendere homines in-
nocentes. putes te spem meam
in hominibus innocentibus posuis-

se Fuerint homines qualescumque
Ego a xpo accepi. ego a xpo
baptisatus sum. Non inquit
Sed ille episcopus baptisavit et ille
episcopus illis communicat A xpo
sum baptisatus Ego novi Unde
nosti Docuit me columba
quam vidit Johannes Mi-
ser male non me dilaniabis a
visceribus columbe In columbe
membris In columbe immo-
ror quia quod columba do-
cuit hoc novi Tu michi dicis
Ille te baptisavit. aut ille
te baptisavit per columbam
michi et tibi dicitur hic est
qui baptisat Cui credo mi-
luo an columbe Certe tu in-
dic ut per illam lucernam con-
fundaris. quia confusi sunt
et priores inimici patres tui
pharisei qui cum interroga-
rent dominum in qua potestate
ista faceret Interrogabo et
ego vero inquit istum sermo-
nem Dicite michi baptismus
Johannis unde est. de celo an
ex hominibus Et illi qui para-
bant iaculari dolos irretiti
sunt Questiones reparant vol-
vere apud semetipsos et dicere
si dixerimus quia de celo est
dicturus est nobis Quare non
credidistis ei Johannes enim
dixerat de domino Ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mun-
di Quid ergo queris In qua
potestate facio O lupi in potestate
agni facio quod facio Sed
ut nosceretis agnum. quare non
creditis Johanni qui dixit

Ecce agnus dei ecce qui tollit pec
cata mundi. Scientes ergo illi
qui dixisset iohannes de domino
dixerunt aput se. Si diximus
quia de celo est baptismus Iohannis
dicit nobis. Quare non credi
distis et si dixerimus quia ex
hominibus. lapidamur a populo
quia prophetam habent iohannem
Hinc timebant homines hinc
veritatem fateri confundebantur
Tenebre tenebras reddiderunt
Sed a luce superati sunt quod
enim reddiderunt. Nescimus. Quod
enim sciebant. Dixerunt nescimus
et dominus nec ego vobis dico in
quit in qua potestate ista facio
et confusi sunt primi inimi
ci de lucerna. Que erat lucer
na Johannes probamus quia
lucerna erat. Probamus do
minus enim dicit Ille erat lucerna
ardens et lucens. Probamus
quia et de ipso confusi sunt
inimici. Psalmum audi. Paravi
lucernam inquit christo meo
Inimicos eius induam con
fusione. Adhuc in huius vi
te tenebris ad lucernam fidei
ambulemus. Teneamus et
nos lucernam iohannis. Con
fundamus inde inimicos christi
Immo ipse confundat inimicos
suos per lucernam suam. Inter
rogemus et nos quod dominus
iudeos interrogavit. dicamus
baptismus iohannis unde est
de celo an ex hominibus. Quid
dicturi sunt. Videte si non
et ipsi tamquam inimici de lucer
na confundentur. Quid
dicturi sunt. Si diximus ex
hominibus et ipsi sui eos lapidabunt
Si autem dixerint de celo di
camus eis quare ergo non credi
distis ei. dicunt fortasse credimus
ei. Quid ergo dicitis quia vos
baptisatis et iohannes dicit
Hic est qui baptisat. Et ministros
inquiunt tanti iudicis iustos
oportet esse per quos baptisa
tur et ego dico et omnes dicimus
quia iustos oportet esse tanti
iudicis ministros. Sint ministri
iusti si volunt. Si autem nolu
erint esse iusti qui in cathedra
moysi sedent. securum me facit
magister meus de quo spiritus eius
dixit Hic est qui baptisat. Quo
securum me fecit. Scribe inquit
et pharisei super cathedram moysi
sederunt. que dicunt facite que
autem faciunt facere nolite. Di
cunt enim et non faciunt. Si fu
erit iustus minister computo
illum cum paulo computo illum
cum petro. Cum istis computo iu
stos ministros quia vere iusti
ministri gloriam suam non que
runt. Ministri enim sunt et pro
iudicibus haberi nolunt spem in
se poni exhorrescunt. Ergo com
puto cum paulo iustum ministrum
Quid enim dicit paulus Ego pla
tavi appollo rigavit sed deus in
crementum dedit. neque qui pla
tat est aliquid. neque qui rigat
sed qui incrementum dat deus. Qui
vero fuerit superbus minister
cum dyabolo computatur. Sed
non contaminatur donum christi quod
per illum fluit purum est. Purum

quod per illum transit · liqdu
venit ad fertilem terram pu
ta quia ipse est lapideus · quia
ex aqua fructum facere non pt
et per lapideum canalem tra
sit aqua ad areolas · in canali
lapideo nichil generat · sed ort
plurimu fructum afferret Spi
ritalis enim virtus sacramen
ita e ut lux · et ab illuminandis
pura excipitur et si p immudos
transeat non inquina Sint
tamen ministri iusti · iusti et
gloriam suam non querant
sz illius cuius ministri sunt non
dicant baptismus meus est qz
non e ipsorum Attendant ipm
Johannem Ecce Johannes ple
erat spiritu sancto · et baptism
de deo hebat non ex hominibus
Sed quatenus hebat ipse dixit
Parate viam domino · Ubi autem
cognitus est dominus ipse factus
est via · non iam opus erat bap
tismo Johannis quo pararet
via domino Tamen quod nobis
solent dicere Ecce p9 iohannem
baptisatum est · anteqm enim
bene ista questio tractaretur
in ecclia catholica Multi i ea
erravit et magni et boni Sz
quia de membris columbe no
se preciderunt Et factum e in
eis quod dixit aplus Si quid
aliter sapitis hoc quoqz deus
revelabit · Unde isti qui se sepa
raverunt indociles facti sunt
Quid ergo solent dicere Ecce
p9 iohannem baptisatum est
Post heticos non baptisatur
quia quidam qui habebant

baptismu iohannis iussi st
a paulo baptisari Non enim
hebant baptismu x e Quid
ergo exaggeras meritum Johis
et quasi abicis infelicitatem
heticorum Et ego tibi conce
do scelleratos esse hereticos Sz
heretici baptismum x dederit
quem baptismu non dedit io
hannes Recurro ad iohannem
et dico hic est qui baptisat
Sic enim melior iohs qm
hereticus e Quo melior Jo
hannes qm ebriosus e Quo
melior iohannes quam homi
cida Sic p9 deteriorem bapti
sare debemus Quia p9 meli
orem baptisavit apli Qui
cunqz aput ipos baptisati fu
erint ab ebrioso · non dico ab
homicida · non dico satellite
alicuius scelerati non dico a
raptore rerum alienarum ·
non dico ab oppressore pupil
lorum · non a sepatore cõiugi
in l hoies dico quod sollempne
esse dico · quod cottidianu est
dico quod vocant omnes dico
Et in ista civitate qn eis dr
alocremur bene sit nobis et
tali die festo januarii s non
debes ieiunare et adicio le
via cottidiana ab ebrioso ho
mine cum baptisatur Quis
est melior iohs an ebriosus
Unde si potes quod ebriosus
tuus melior sit quam Johs
Nuquam hoc audebis Ergo
tu quia sobrius es · baptisa p9
ebriosos tuos Si em p9 iohm
baptisavit apli qnto mag

debet p' ebriosum sobrius bap
tisare · An dicis in unitate me
cum est ebriosus Ergo iohanes
amicus sponsi non erat in
unitate cum sponso Sz tibi
ipsi dico quis quis es tu es me
lior an iohannes · non audes
dicere Ergo sum melior quaz
Johannes Ergo p' te baptisati
tui · si te fuerint meliores Si
enim p' iohannem baptisatum
est erubesce quia post te · no
baptisatur Dicturus es sed
ergo baptismum x habeo et doceo
Aliquando cognosce uidete
et noli preco superbus esse Bap
tismu xpi das ideo no p' te bap
tisatur p' iohannem ideo bap
tisatum est Qui autem baptismu
x dabat sz baptismi sui qua
sic acceperat ut ipius esset No
ergo tu melior quam Johannes
Sz baptismus qui per te da'
melior quam Johannis Ipe
enim x est iste autem iohanis
et quod dabatur a paulo et
quod dabatur a petro p est Et
si datum est a iuda x erat de
dit iudas Et non baptisatu
est p' iudam Dedit iohanes
et baptisatum est ~~xpus~~ p'
Johannem · Quia si datus
est a iuda baptismus xpi erat
Qui autem a iohanne dat'
est iohannis erat · non iuda
iohanni Sz baptismu xpi
etiam per iude manus datu
baptismu iohannis Etiam
per man' iohannis dato re
sponimus Et enim dictu est
de domino antequam pateretur

Quia baptisabat plures quam
johannes de inde adiunctum est
quamquam ipe non baptisaret sz
discipuli eius ipe et no ipe Ipe
ptate illi ministerio seruitutem
ad baptisandum illi admouebat
ptas baptisandi in xpo pmae
bat Ergo baptisabant discipu
li eius et ibi adhuc erat iudas
inter discipulos eius Si quos
ergo baptisauit iudas non sunt
iterum baptisati Et quos bap
tisauit iohannes iterum bapti
sati sunt · plane itm · sz no iterato
baptismo Quos enim baptisa'
Johannes iohannes baptisauit
Quos autez baptisauit iudas
xpus baptisauit Sic ergo quos
baptisauit ebriosus quos bap
tisauit homicida quos baptisa
uit adulter Si baptismus xpi
erat xpus baptisauit non time
o adulterium no ebriosum no
homicidam quia columbaz at
tendo per quam michi dicatur
Hic est qui baptisat Ceterum
fres mei delirium est dicere qz
melioris meriti fuit non dico
iudas sed quilibet hominu qz
ille de quo dictum est In natis
mulieru non surrexit maior
Johanne baptista Non ergo huic
quisquam seruus sz baptismus
domini etiam per seruu malum
datus baptismo Etiam amici
serui sponitur · audi quales co
memoret aplus paul' falsos
fratres in inuidia predicantes
vm dei Et quod de illis dicitur
Et in hoc gaudeo sz et gaudebo
xpm annunciabant p inuidia quidez

Incipit omelia sexta beati Augustini epi

sed tamen xpm non per quid. sed
quem. vide per invidiam pre
dicatur e xpus. vive de xpo. vita
invidia. Noli imitari malum
predicatorem. sed imitare bonum
qui tibi predicatur xpus. Ergo
a quibusdam per invidiam p
dicabatur. et quid e invidere
horrendum malum. ipo malo
quo dyabolus deiectus est. ipo
deicit. Multum maligna pe
stis est. et habebant illam quida
predicatores. sed. quos tamen p
dicare permittit aplus. Qua
re qr xpm predicabant. Qui
autem invidet odit. Et q odit
quid de illo dicitur. Audi aplm
Johannem. Qui odit fratrem
suum homicida est. Ecce post
Johannem baptisatum est. p
homicidam non e baptisatum
quia iohannes dedit baptismu
suum. homicida dedit baptismu
xpi. Quod sacramentu tam
sanctum est. ut nec homicida
ministrante polluatur. Non
respuo iohannem. sed potius cre
do Johanni. Quid credo Johani
quid didicit per columbam. Quid
didicit per columbam hic est
qui baptisat in spu sancto. Iaz
ergo fratres tenete hec et cor
dibus vris infigite. Si enim
hodie voluero plenius dicere qre
per columbam. tempus non
sufficit. quia enim res dicenda
insinuata iohanni per columbaz
qd non noverant in xpo iohanes
Quamvis iam nosset xpm ex
posui quantum arbitror satis
vre. Sz quare hanc ipam rez

per columbam oportuit demo
strari. Si breviter dici posset
dicerem. Sz quia diu dicenda e
et onerare vos nolo. quo adiu
tus sum orationibus vris ut illud
quod promisi implerem. Ad
iuvante etiam implere. atque ex
pya intentione et votis bonis
et illud apparebit vob. Qua
re Johannes quod didicit in
domino qr ipe est qui bapti
sat in spiritu sancto. et nul
li servo suo transferavit po
testatem baptisandi. Non de
buit discere nisi per columbam etc.

Ideo quod scriptum est co
lumbam super dominum
baptisatum descendisse etc.

Fateor caritati
vre timueram
ne frigus. hoc
frigidos vos ad
conveniendum face
ret. Sz quia ista
celebritate et frequentia vra
spiritu vos fervere demonstra
tis non dubito quia etiam o
rastis pro me ut debitum vo
bis exsolvam. Promiseram
enim in nomine xpi dissserere.
sed hodie cum angustia tempo
ris timui impediret. ne id pos
semus explicare tractando.
Quare deus per columbe
speciem ondere voluit spm
sanctum hoc ut expliceatur. Il
luxit nobis hodiernus dies
ut sencio audiendi cupiditate
et pya devotione. Vos celebri
congregatos. Expectationem
vram deus impleat ex ore nro

Amastis enim ut veniretis sed et amastis quid si nos et hoc bene Nam volumus amari a vobis sed nolumus in nobis. Quia ergo in christo nos amamus in christo nos reclamate et amor noster per invicem gemat ad deum ipse enim gemitus columbe est. Si enim gemitus columbe est quod omnes novimus. gemit autem columbe in amore. Audite quod dicit apostolus Et nolite mirari quia in columbe specie voluit demonstrari spiritus sanctus. Quid enim oremus. sicut oportet inquit nescimus. Sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid ergo fratres hoc dicturi sumus quod spiritus gemit. ubi perfecta eterna beatitudo est et cum patre et filio. Spiritus enim sanctus deus sicut dei filius deus et pater deus. Ter dixit deus. sed non dixit tres deos. Magis enim ter deus quam tres dii. quia et pater et filius et spiritus sanctus unus deus hoc optime nostis. non ergo spiritus sanctus in semetipso aput semetipsum in illa trinitate. in illa beatitudine et eternitate substantie gemit. Sed in nobis gemit quia gemere nos facit. Nec parva res est quod nos docet spiritus sanctus gemere. Insinuat enim nobis quia peregrinamur. et docet nos in patriam suspirare et ipso desiderio gemimus. Cui bene est in hoc seculo. Immo qui putat quod ei bene sit quod letitia rerum carnalium et habundantia temporalium. et vana felicitate exultat. habet vocem corvi. Vox enim corvi clamosa est non gemebunda. Qui autem novit in pressura se esse mortalitatis huius peregrinari se a domino nondum tenere illam perpetuam que nobis promissa est beatitudinem. Sed habere illam in spe. habiturus in re. Cum dominus venit in manifestatione preclarus qui prius in humilitate venit occultus qui hoc novit et gemit et quamdiu propter hoc gemit bene gemit. Spiritus illum docuit gemere. A columba didicit gemere. Multi enim gemunt in infelicitate terrena. vel quassati dampnis vel egritudine corporis pregravati vel carceribus inclusi. vel cathenis colligati vel fluctibus maris iactati vel aliquibus inimicorum insidiis circumsepti gemunt. Sed non columbe gemitu gemunt non amore dei gemunt non spiritu gemunt. Ideo tales cum ab ipsis pressuris fuerint liberati exultant in grandibus vocibus ubi apparet quia corvi sunt non columbe. Ideo merito de archa missus est corvus et non est reversus missa est columba et reversa est illas duas aves misit noe habebat ibi corvum habebat ibi columbam utrumque hoc genus archa illa continebat et si archa illa figurabat ecclesiam videtis utique quia necesse est in isto diluvio seculi utrumque genus contineat ecclesia et corvum et columbam

Qui sunt corui qui sua querunt
Qui sunt columbe qui ea que
sunt ihu x querunt. propterea er
go cum mitteret spiritum sanctum duo
bus modis eum ondat visibiliter
per columbam et per ignem
Per columbam super dominum
baptisatum. per ignem super
discipulos congregatos Cum
enim ascendisset dominus in ce
lum post resurrectionem patris cum
discipulis suis quadraginta di
ebus impleto die pentecosten
misit eis spiritum sanctum sicut
promiserat Spiritus ergo
tunc veniens impleuit locum
illum facto primo sonitu de
celo tanquam ferretur flatus
vehemens sicut in actibus aposto
rum legimus. uise inquit illis
sunt lingwe diuise velut ignis
qui et insedit super unumquemque
eorum et ceperunt linguis lo
qui Sicut spiritus sanctus dabat
eis pronunciare. hanc videmus
columbam super dominum. ac lin
guis diuisis super discipulos
congregatos Ibi simplicitas
hic feruor ondicitur Sunt
enim qui dicuntur simplices
et pigri sunt vocantur simpli
ces Sunt autem segnes. non
talis erat stephanus plenus
spiritu sancto Simplex erat quia
neminem nocebat Feruens erat
quia impios arguebat, non
enim tacuit iudeis eius sunt ver
ba illa flamanta Dura ceruice
et non circumciso corde et auribus
vos semper restiti spiritui sancto magna
animis impetus. sed columba si-

ne felle seuit Nam ut noueritis
quia sine felle seuiebat illi
auditis hijs verbis qui corui
erant. Ad lapides statim ad
uersus columbam cucurrerunt
Cepit Stephanus lapidari
Et qui paulo ante fremens
et feruens spiritu tanquam contra
inimicos impetum fecerat
et tanquam violentus inuectus
erat in verbis igneis atque
ita flamantibus ut audistis
Dura ceruice et non circumciso
corde et auribus ut qui ea ver
ba audiret putaret stephanum
Si ei liceret statim illos
velle consumi. Venientibus
in se lapidibus ex manibus
eorum. genu fixo ait Do
mine ne statuas illis hoc de
lictum inheserat unitati co
lumbe. Prior illud enim fece
rat magister. super quem de
scendit columba qui pendens
in cruce ait Pater ignosce il
lis quia nesciunt quid faci
unt Ergo ne spiritum sanctificati
dolum habeant in columba de
monstratus est. ne simplicitas
tas frigida remaneat. in igne
demonstratus est. nec moueat
neat quia lingwe diuise sunt
Distant enim lingue ideo di
uisis linguis apparuit. lingue
inquid diuise velut ignis qui
et insedit super unumquemque
eorum Distant inter se lingue
sed linguarum distancia non
sunt scismata In linguis
diuisis noli dissipacionem timere
unitatem in columba agnosce

Hec ergo sic oportebat demonstrari
spiritum sanctum venientem
super venientem Ut intelligat
unusquisque si het spm sanctu
venientem Simplicem se ee
debere sicut columba Habe
cum fratribus veram pacem
quam significant oscula co
lumbarum Habent oscula
et corvi Sed in corvo falsa
pax In columba vera pax Non
omnis ergo qui dicit Pax
vobiscum quasi columba audi
endus est Unde ergo distinguntur
oscula corvorum ab osculis co
lumbarum Osculantur corvi
sed laniant A laniatu inno
cens est natura columbarum
Ubi ergo laniatur non est
vera in osculis pax Illi habent
veram pacem qui ecclesiam non
laniaverunt Nam corvi de
morte pascuntur Hoc colu
ba non habet frugibus vi
vivit Innocens eius victus
est quod vere fratres mirandum
est in columba Sunt passeres
brevissimi vel muscas occidit
nichil horum columba non
de morte pascitur Qui lani
averunt ecclesiam de mortibus
pascuntur potens est deus
rogemus ut reviviscant qui
devorantur ab eis et non sentiunt
Multi agnoscunt quod reviv
iscunt Nam ad eorum adven
tum cottidie gratulamur
in nomine xpi vos tamen sic
estote simplices ut sitis fer
ventes et fervor vester in linguis
sit nolite tacere ardentibus linguis
loquentes accendite frigidos
Quis enim fratres mei quis non
videat quod illi non vident Nec
mirum quia qui inde redire no
lunt sicut corvus de archa di
missus est Quis enim non vide
at quod illi non vident et ipsi
spiritui sancto ingrati sunt
Ecce columba descendit super do
minum et super dominum baptisatum
Et apparuit ibi sancta illa et vera
trinitas que unus deus nobis
est Ascendit enim dominus ab aqua
sicut in ewangelio legimus
Et ecce aperti sunt celi et vidit
spm descendentem velut colu
bam et mansit super eum Et
statim vox consecuta est Tu es
filius meus dilectus in quo michi
complacuit Apparet manife
stissime trinitas pater in voce filius
in homine spiritus in columba
In ista trinitate quo missi sunt
apli videamus quod videmus
et quod mirum est quia illi non vident
Non enim vere non vident sed ad
id quod facies eorum ferit oculos
claudunt quo missi sunt apli
In nomine patris et filii et spiritus sancti
Ab illo de quo dictum est Hic
est qui baptisat Dictum est
enim ministris ab eo qui sibi te
nuit hanc potestatem Hoc enim
in illo vidit iohannes et cogno
vit quod non noverat non quia
eum non noverat filium dei aut
eum non noverat dominum aut
non noverat xpm aut non
et hoc noverat quia ipse bapti
-satur

erat in aqua et spiritu sancto. Nam et hoc nouerat. Sed quia ita ut sibi teneret ipsam potestatem et in nullum ministrorum eam transfer ret. Hoc est quod didicit in co lumba. Per hanc enim potestatem quam xpistus solus sibi tenuit et in neminem ministrorum trans fudit quamuis per ministros bap tisari dignatus sit. Per hanc stat unitas ecclesie que significabatur in columba de qua dic tum est. Una est columba mea una est matris sue. Si enim sicut iam dixi fratres transfer retur potestas a domino in ministrum tot baptismata essent quot ministri essent et iam non staret unitas baptismi. Intendite fratres antequam veniret do minus noster ihesus xpistus ad bap tismum. Nam post baptismum de scendit columba in qua cognouit iohannes quod dam proprium ei dictum est. Super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum ipse est qui baptisat in spiritu sancto. No uerat quia ipse baptisabat in spiritu sancto. Sed quia tali proprietate ut potestas ab eo non transiret in alterum qu amuis eo donante hoc ibi didicit. Et unde probamus quia iam et hoc nouerat iohannes quia baptisaturus erat dominus in spiritu sancto et hoc intelligatur didicisse in columba. Quod ita erat baptisaturus dominus in spiritu sancto ut in neminem

alium hominem potestas illa tran siret. Unde probamus. Columba iam baptisato domino descen dit. Antequam autem veniret dominus ut baptisaretur ab iohanne in iordane diximus quia nouerat eum illis vocibus quibus ait. Tu ad me venis baptisari. Ego a te debeo bap tisari. Sed ecce dominum bapti saturum nouerat. Nouerat fi lium dei. Unde probamus quod iam nouerat quia ipse baptisa ret in spiritu sancto. Antequam veniret ad fluuium cum multi ad iohannem concurrerent bap tisari. Ait illis. Ego quidem baptiso vos aqua. Qui autem post me venit maior me est cu ius non sum dignus corrigi am calciamenti soluere. Ipse vos baptisabit in spiritu sancto et igni. Iam et hoc nouerat. Quid ergo per columbam didicit ne mendax post ea inve niatur. Quod avertat a nobis deus opinari nisi quandam proprietatem in xpisto talem fu turam ut quamuis multi mi nistri baptisaturi essent siue iusti siue iniusti. Non tribue retur sanctitas baptismi nisi illi super quem descendit colum ba de quo dictum est. Hic est qui baptisat in spiritu sancto. Petrus baptisat. Hic est qui baptisat in spiritu sancto. Paulus baptisauit. Hic est qui baptisat. Iudas bapti sauit. Hic est qui baptisat. Nam si

per diuersitatem ministrorum bap tismus sanctus esset quia diuersa sunt merita diuersa erunt bap tismata et tanto quisque ali quid melius putatur accipe quanto a meliore uidetur acci pere. Ipsi sancti Intelligite fratres boni pertinentes ad colu bam · pertinentes ad sortem ciuitatis illius ierusalem Ipsi boni in ecclesia de quibus dicit apostolus Nouit dominus qui sunt eius diuersarum gratiarum sunt. Non omnes paria me rita habent. Sunt alii aliis sancti ores Sunt alii aliis melio res Quare ergo si unus ab illo verbi gratia iusto sancto bap tisatur · baptisatur alius ab alio inferioris meriti apud de um inferioris gradus in ferioris continentie · et infe rioris uite unum tamen et par et equale est quod accepe runt nisi quia hic est qui bap tisat. Quando ergo cum bap tisat bonus et melior non ideo iste bonum accepit et ille melius sed quamuis bonus et melior fuerint ministri unum et equale est quod ac ceperunt non est melius nullo et inferius nullo. Sic et cum baptisat malus ex aliqua vel ignorantia ecclesie uel tol lerantia aut enim ignora tur mali aut tollerantur ut palea quousque ventiletur area · Illud quod datum est unum est. Nec impar propter impares ministros Sed par et quale · propter · Hic est qui bapti sat Ergo dilectissimi uideamus quod uidere illi nolunt · Non quod non uideant Sed quod se uidere doleant quasi clausum sit contra illos quo missi sunt discipuli in in nomine patris et filii et spiritus sancti ut baptisarent tamquam mini stri qui missi sunt Ite dixit bap tisate gentes Audistis fratres quo modo venit illa hereditas Postu la a me et dabo tibi gentes here ditatem tuam et possessionem tu am terminos terre · Audistis quo a syon procedit lex et verbum domini ab ierusalem Ibi enim audierunt discipuli · Ite baptisate omnes gentes In nomine patris et filii et spiritus sancti Intenti facti sumus cum audiremus Ite baptisate gen tes In cuius nomine In nomine · patris et filii et spiritus sancti Iste unus deus · quia non in nominibus patris et filii et spiritus sancti Sed in nomine patris et filii et spiritus sancti Ubi unum nomen audis · unus est deus sicut de semine dictum est abrahe et exponit paulus apostolus In se mine tuo benedicentur omnes · gentes · non dixit in seminibus tamquam in multis sed tamquam in uno et semini tuo quod est christus Sicut ergo quia ibi non dicit in seminibus docere te voluit apostolus quia unus christus sit et hic cum dictum est In nomine non in nominibus Quo ibi in semine non in seminibus probatur unus deus pater et filius et spiritus sanctus Sed ecce inquiunt discipuli ad dominum Audiuimus in quo

nomine baptisem' ministros nos
fecisti et dixisti nobis Ite bapti
sate in nomine pris et filij et
sp̄us sancti Quo ibim'? Quo
non audistis · ad hereditatem me
am Interrogatis quo ibimus ·
ad id quod emi sanguine meo
Quo ergo ad gentes inquit · pu
taui quia dixit Ite baptisate ges
In nomine pris et filij et sp̄c sci
Deo gratias soluit dominus
questionem · docuit columba · deo
gratias Ad gentes apli missi
sunt Si ad gentes ad omnes
linguas · hoc significauit sp̄c
sanctus diuisus in linguis uni
tus in columba Hac lingue diui
duntur ac columba copulat lin
gwe gentium concordauerunt
et una lingwa asserere discorda
uerunt Quid euidentius fres
mei in columba unitas in lingis
gentium societas Aliqn enim
et lingwe per superbiam discor
dauit et tunc facte sunt lingwe
ex una multe · Post diluuium
enim superbi quidam homines
velut aduersus deum se munire
conantes quasi aliquid esset ex
celsum deo · aut aliquid tutum
superbie erexerunt turrim qsi ne di
luuio si postea fieret delerentur
Audierunt enim et cernens erat
quia omnis iniquitas erat de
leta diluuio ab iniquitate tem
perare nolebant · Altitudinem t'
ris contra diluuium requirebat
Edificauit turrem excelsam
videt dominus sr̄bam cporum
et hunc errorem illis immitti
fecit vt non se cognoscerent lo

quendo et facte sunt diuerse lin
gwe de superbia Si superbia fec̄t
fecit diuersitates lingwaru
humilitas xpi congregauit di
uersitates lingwarum Iam
quod illa turris dissociauerat
ecclia colligit · De una lingwa
facte sunt multe Noli mirari
superbia hoc fecit De multis
lingwis fit una Noli mirari
karitas hoc fecit quia et si soni
diuersi lingwarum sunt in
corde unus deus inuocatur
una pax custoditur Unde debu
it ergo karitatem demonstrari sp̄us scs
unitatem quandam designans
nisi per columbam · ut parate
ecclie diceretur una est colum
ba mea · Unde debuit humilitas
ondi nisi per auem simplicem
et gementem non per auem
superbam et exultantem sicut
coruus et forte dicent quia ego
columba et una columba pt
unam columbam baptismus
esse non pt Ergo si apud te est
columba uel tu es columba ·
qui ad te venio · uel tu da mihi
quod non hec Satis hoc cporis
esse · modo nob apparebit non
esse de uoce columbe · sz de cla
more corui · Nam paululum
attendat caritas vestra · et time
te insidias immo cauete et
excipite verba contradicentium
respuenda non transglutienda
et uiscerib danda Facite in
de quod fecit dominus cui illi op
tulerunt amarum potum gu
stauit et respuit sic et vos au
dite et abicite quod enim dicit

Videamus ergo inquiunt tu es columba catholica tibi dictum est una est columba mea una est matris sue. Tibi certe dictum est. Expecta noli me interrogare. Si michi dictum est primo proba. Si tibi dictum est cito volo audire. Tibi inquit dictum est. Video voce catholica in l. Hoc autem fratres quod ore meo solius sonuit, sonuit ut arbitror de cordibus vestris et omnes pariter diximus ecclesie catholice dictum est una est columba mea una est matris sue. preter ipsam ergo columbam inquit baptismum non est. Ergo qui preter ipsam columbam sum baptisatus Ergo non habeo. Si baptismum non habeo quare michi non das qui ad te venio. Et ego interrogo. interim sequestremus cui dictum sit una est columba mea. una est matris sue. Ad hoc querimus aut michi dictum est aut tibi dictum est. sequestrem cui dictum est. Hoc ergo quero si columba est simplex innocens sine felle pacata in osculis non seva in unguibus. Quero utrum ad huius membra columbe pertineant avari raptores fraudulenti flagitiosi ebriosi membra sunt columbe huius. Absit inquit et revera fratres quis hoc dixerit ut nichil aliud dicam raptores solos si dicam membra accipitris possunt esse. non membra columbe. milui rapiunt. accipitres rapiunt corvi rapiunt. columbe non rapiunt non dilaniant ergo raptores non sunt membra columbe non apud vos fuit vel unus raptor quare manet baptismus quem dedit accipiter. non columba quare non baptisatis apud vos ipsos per raptores adulteros et ebriosos post avaros apud vos ipsos an isti omnes membra columbe sunt. Sic dehonestatis columbam vestram ut ei membra vulturina faciatis. Quid ergo fratres quid dicimus mali et boni sunt in ecclesia catholica. ibi enim soli mali sunt. Sed forte inimico animo hoc dico et hoc postea sequeretur. Et ibi certe dicunt quia sunt boni et mali. Nam si dixerint solos bonos se habere credant illis sui et subscribo non sunt apud nos dicant nisi sancti iusti casti sobrii non adulteri non feneratores non fraudatores non periuri non vinolenti dicant non enim attendi linguas ipsorum. Sed tango corda ipsorum. Cum autem noti sint et sui et vobis sicut et vos vobis in catholica et illis noti estis. nec nos eos reprehendamus nec illi se palpent nos fatemur in ecclesia et bonos et malos esse. sed tamquam granum et paleam. Alii qui baptisantur a grano palea est. Et qui baptisatur a palea granum est. Alioquin si qui baptisatur a grano valet Et qui baptisatur a palea non valet falsum est. Hic est qui baptisat. Si autem verum est. hic est qui baptisat. et quod ab illo datur valet. Et quo columba baptisat

Non enim malus ille columba est aut ad membra columbe pertinet nec hic potest dici in catholica nec apud illos si illi dicunt columbam ecclesiam suam. Quid ergo intelligimus fratres quid intelligendum est et manifestum et omnibus notum et si nolunt convincuntur quia et ibi qui dant mali non per illos baptisatur et hic quando dant mali non per illos baptisatur. Columba non baptisat per corvum. Corvus quare vult baptisare per columbam. Intendat karitas vestra. et quare designatum est nescio quid per columbam. ut baptisato domino veniret columba id est spiritus sanctus in specie columbe. et maneret super eum. cum in adventu columbe hoc cognosceret Johannes propriam quandam potestatem in domino ad baptisandum. Quia per hanc propriam potestatem in domino ad baptisandum sicut dixi pax ecclesie firmata est et potest fieri ut habeat aliquis baptismum preter columbam. ut prosit ei baptismus preter columbam non potest. Intendat karitas vestra et intelligat quod dico. Nam et ista circumventione sepe seducunt fratres nostros qui pigri et frigidi sunt. Simus simpliciores et ferventiores. Ecce inquiunt. Ego accepi an non accepi. Respondeo accepisti. Si ergo accepi non est quod michi dicas. Securus sum etiam testimonio tuo et ego me dico accepisse utriusque lingua securum me facit. Quid michi ergo promittis. quare vis catholicum facere. qui michi non aliquod daturus es. amplius et me accepisse fateris quod te habere dicis. Ego autem qui dico veni ad me dico quia non habes tu quod fateris quia habeo quare dicis veni ad me. docet nos columba. Respondet enim de capite domini et dicit baptismum habes caritatem qua gemo non habes. Quid est hoc inquit baptismum habeo caritatem non habeo sacramentum habeo et caritatem non. Noli clamare. Unde michi quomodo habeas caritatem qui dividis unitatem. Ergo inquit habeo baptismum. Habes sed baptismus ille sine caritate nichil tibi prodest quia sine caritate tu nichil es. Nam baptismus ille etiam in eo quod nichil est non est nichil. Baptismus quippe ille aliquid est. et magnum aliquid est propter illum de quo dictum est hic est qui baptisat. Sed ne putares illud quod magnum est aliquid tibi prodesse si non fueris in unitate. Super baptisatum columba descendit tamquam dicens. Si baptismum habes esto in columba. ne non tibi prosit quod habes. Veni ergo ad columbam dicimus non ut incipias habere quod non habebas. sed ut prodesse tibi incipiat quod habebas. Foris enim habebas baptismum ad perniciem intus si habueris incipit prodesse ad salutem. Non enim tantum tibi non proderat baptismus et non etiam obesset. et sancta possunt obesse non bonis. In bonis enim sancta ad salutem

in sinit in malis ad iudicium. Cer
te enim fratres novimus quod ac
cipimus et utique sanctum est
quod accepimus · et nemo dicit
non esse sanctum. Et quid ait
Nota apostolus. Qui autem mandu
cat et bibit indigne iudicium
sibi manducat et bibit. non
ait quia illa res mala est
sed quia ille malus male accipi
endo ad iudicium accipit bo
num quod accipit. Non enim
mala erat buccella que tra
dita est iude a domino. Absit
Medicus non daret venenum
salutem medicus dedit. Sed in
digne accipiendo ad perniciem
accepit qui non pacatus acce
pit. Sic ergo et qui baptisatur.
Habeo inquit mihi · fateor habes
observa quod habes. Ex eo ipso
quod habes dampnaberis. Quare
quia rem columbe preter
columbam habes. Ut rem colu
be in columba habeas securus
habes. Puta te esse militem
si caracterem imperatoris tui
intus habeas securus militas
Si extra habeas · non solum
tibi ad miliciam non prodest
caracter ille sed eciam pro de
sertore punieris. Veni ergo
veni et noli dicere iam habeo
Iam sufficit mihi. Veni co
lumba te vocat. Gemendo
te vocat non rixando fratres
mei vobis dico. Gemendo te
vocat non rixando vocat te
orando ieiunando vocat te · de
caritate intelligunt quod dolet
illos. Non dubito fratres mei quod
si videant dolorem nostrum con-

fundentur et revivis[c]ent. Veni
ergo veni. Noli timere. Time si non
venis. Immo non time sed plan
ge. Veni gaudebis si venis. Ge
mis quidem in peregrinacionis
tribulacionibus. Sed gaudebis in
spe. Veni ubi est columba cui
dictum est una est columba mea
una est genitrici sue. Colum
bam unam vides super caput
christi. Linguas non vides toto in
orbe terrarum. Idem spiritus per colu
bam · idem et per linguas · si
per columbam idem spiritus
et per linguam idem spiritus
Spiritus sanctus orbi terrarum
datus est a quo te precidisti ·
ut clames cum corvo · non ut
gemas cum columba. Veni er
go sed sollicitus es · forte et dicis
Foris baptisatus timeo · ne in
de sim reus quia foris accepi.
Iam cepisti cognoscere quod
gemendum sit. Verum dicis quia
reus es non quia accepisti sed
quia foris accepisti. Tene ergo
quod foris accepisti emenda
quod foris accepisti. Accepisti
rem columbe preter columbam.
Duo sunt que audis. Accepisti
et preter columbam accepisti · quod
accepisti approbo quia foris ac
cepisti improbo. Tene ergo quod
accepisti · non mutatur sed agno
scitur caracter est regis mei.
non ero sacrilegus · corrigo
desertorem non muto carac
terem. Noli de baptismate glo
riari quia dico ipsum est. Ecce dico
ipsum est. Tota catholica dicit ipsum
est. Advertit columba et agno
scit et gemit quia ipsum foris

habes videt tibi quod agnoscat videt et quod corrigat ipm est. Vem. gliaris quia ipm est et non uis venire. Quid ergo mali qui non ptinent ad columbam. Dicit ibi columba et mali inter quos gemo quia non pertinent ad membra mea et necesse est ut inter illos gemam. Nonne hunt quod te habere gliaris. Nonne multi ebriosi habent baptismum. Nonne multi auari. Nonne multi ydolatre et quod pejus est furtim. Nonne pagani ad ydola eunt uel ibant publice. nunc occulte. Iam sortilegos querunt mathematicos consulunt et isti hunt baptismum. Ergo columba gemit inter coruos. Quid ergo gaudes quia hes hoc habes quod hs et malus. Habeto humilitatem caritatem patem. Habeto bonum quod nondum hes ut prosit tibi bonum quod hes. Nam quod habes hunt et symon magus. Actus aplorum testes sunt. Ille liber canonicus omni anno in ecclia recitatur anniuersaria sollepnitate post passionem domini nostri illum librum recitari ubi scriptum est. Quo conuersus sit aplus ex persecutore predicator factus. Ubi etiam die pentecoste missus est spussanctus in linguis diuisis velut ignis. Ibi legimus multos credidisse in samaria per predicationem philippi. Intelligitur autem siue vnus ex aplis siue ex dyaconis quia septem dyaconos ibi legimus ordinatos inter quos est etiam nomen philippi. Per philippi igitur predicationem crediderunt samaritae. Samaria cepit habundare fidelibus ibi erat symon iste magus per magicas factiones suas dementauerat ipsos ut eum virtutem dei putarent. Commotus tamen signis que fiebant a philippo etiam ipse credidit. Sed quo crediderit postera et sequentia demonstrauerunt. Baptisatus est et symon audierunt hoc apli qui erant iherusalem missi sunt ad illos petrus et iohannes inuenerunt multos baptisatos et quia nullus ipsorum ad huc acceperat spm sanctum sicut et tunc descendebat ad ostendendam significationem gentium crediturarum ut linguis loquerentur super quos descendebat spus sanctus. Imposuerunt illis manus orantes pro eis et acceperunt spm scm. Symon ille qui non erat in ecclia columba sed coruus quia ea que sua sunt querebat et non que ihu xpi. Unde et in xanis potentiam magis amauerat quia iustitiam. Uidet per impositionem manuum aplorum dari spm scm non quia ipsi dabant sed quia ipsis orantibus datum est. Et ait aplis quid uultis a me accipe pecuniam ut et per impositionem manuum mearum detur spussanctus. Et ait ille petrus. Pecunia tecum sit in perditionem qm donum dei putasti pecunia comperandum. Cui dixit pecunia

tua tecum sit in perditionem·
Utique baptisato iam baptismu
hebat sed columbe visceribus no
herebat Audi quia non here
bat verba ipsa petri apli adver
te Sequitur enim non est tibi
pars neque sors in hac fide In
felle enim amaritudinis uide
o te esse Columba fel non hz
Symon hebat Ideo separatus
erat a columbe visceribus bap
tismus illi quid proderat Noli
ergo de baptismo gloriari qi ti
ex ipso salus sufficiat Noli ira
sci Depone fel Veni ad colu
bam k. Hic tibi proderit quod
foris non solum non proderat
Sed etiam oberat neque dicas
non venio quia foris sum
baptisatus Ecce incipe habe
caritatem incipe hre fructu
inveniat iste fructus mittet
te columba intro invenimus
hoc in scriptura Imputribili
bus lignis archa fabricata
fuerat Imputribilia ligna
sancti sunt fideles ptinentes
ad xpm Quo enim in tplo
lapides vivi de quibus edifi
catur templum homines
fideles dicti sunt Sic ligna
imputribilia homines perse
uerantes in fide In ipsa eo
archa ligna imputribilia
erant Archa enim ecclia est
Ibi baptisat columba illa ar
cha enim illa in qua fereba
ligna imputribilia intus bap
tisata sunt Inuenimus queda
ligna foris baptisata omnes
arbores que erant in mundo

ipsa tamen aqua erat non erat
altera Omnis de celo veneat
et de abissis fontium Ipsa erat
aqua in qua baptisata sunt
ligna imputribilia q erat
in qua baptisata sunt ligna
foris missa est columba et
primu non invenit requiem
pedibus suis rediit ad archam
Plena enim erant aquis omnia
et maluit redire quam rebap
tisari Corvus autem emissus
est antequam siccaretur aq
rebaptisatus est noluit redire
mortuus in hiis aquis Detes
tatur deus corui illius mortem
Nam quare non est reversus
nisi quia aquis interemptus
At vero columba no inveniens
requiem pedibus suis cum ei
undique clamaret aqua veni
veni hic tingwere Quo cla
mant isti heretici veni hic
habes Nam inveniens illa re
quiem pedibus suis reversa e
ad archam Et misit illam noe
iterum sicut uos mittit archa
ut loquamini illis Et quod fe
cit postea columba quia ligna
erant foris baptisata repor
tavit ad archam ramu de oli
va Ramus ille et folia et
fructum hebant Non sint
in te sola verba Non sint in
te sola folia sit fructus et re
dis ad archam non per te ip
columba revocat te Gemite
foris ut illos intus revocet
Et enim fructus ille olive si
desauciatur inveniens quod
erat Olive fructus caritate

Tam significat. Unde hoc probamus. Quo enim oleum nullo humore premitur, sed diruptis omnibus exilit et super eminet, sic et caritas non pt premi in una. Necesse est ut ad summa emineat. Propterea de illa dicit apls. Adhuc super eminentiorem viam vobis demonstro. Quia diximus de oleo quod superemineat. Ne forte non de caritate dixit aplus: Super eminentiorem viam vobis demonstro. Audiamus quid sequitur. Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non heam factus sum tamquam eramentum sonans aut cymbalum tinniens. Nunc donate et clama dissertus sum. et clama doctus sum. Quantum desertus. quantum doctus. Nunquid linguis angelorum locutus es. Et tamen si linguis angelorum loqueris. caritatem non habes. audies era sonantia et cymbala tinnientia. Soliditatem aliquam quero fructum in foliis inveniam non sint sola vba heant oliuam redeant ad archam. Sz inquiens heo sacramentum vim dicis. Sacramentum diuinum est. habes baptismum et ego confiteor. Sz quid dicit idem apls. Si sciero omnia sacramenta et hueo pphetiam et omnem fidem ita ut montes transferam. Ne forte et hoc diceres credidi sufficit michi. Sz quid dicat Jacobus et demones credunt et contremiscunt

magna est fides. Sz nihil prodest si non hueris caritatem. Confitebantur et demones et xpm credendo. Sz non diligendo dicebant quid nobis et tibi. Fidem habebant. caritatem non hebant. Ideo demones erant. Noli de fide gloriari. adhuc demonibus comparandus es. Noli dicere xpo mihi et tibi quid e. Unitas enim est tibi loquitur. Uem cognosce patem. Redi ad uiscera columbe. Foris baptisatus es. heto fructum et redi ad archam. Et tu quid nos queritis si mali sumus ut boni sitis. Ideo vos querimus quia mali estis. Nam si mali non essetis invenissemus nos vos quererem. Qui bonus est iam inventus est. Qui malus est adhuc queritur. Ideo vos querimus. Redite ad archam. Sz iam habeo baptismum. Sz omnia sacramenta sciero et hueo pphetiam et omnem fidem ita ut montes transferam caritatem autem non heam nihil sum. Fructum ibi videam oliuam ibi videam et reuocaris ad archam. Sz aut quid. Ecce nos multa mala patimur. Hec si pro xpo pateremini non pro honoribus vris. Audite quid sequitur. Iactant se enim aliqui quia faciunt elemosinas multas, dant pauperibus quia patiuntur molestias sed pro donato non pro xpo. Unde quo patiaris. Nam si pro donato pateris pro superbia

paterris· Non manes in colu
ba si pro donato patteris· non
erit ille amicus sponsi· Nam
si esset amicus sponsi· Nam si
esset amicus sponsi gloriam spo
si quereret non suam vide li
cium sponsi dicentem· Hic
est qui baptisat· Ille non erat
amicus sponsi· pro quo pa
teris· non habes vestem nup
cialem· Et si ad conuiuium veni
sti· foras habes mitti Immo
quia foras missus es· Ideo mi
ser es· redi aliquando et noli glo
riari· Audi quod dicit apostolus
Si distribuero omnia mea pa
uperibus et tradidero corpus
meum ut ardeam caritatem
autem non habeam nichil mi
prodest· Ecce quod non habes
Si tradidero inquit corpus
meum ut ardeam et utique pro
dei nomine sed quia sunt mul
ti qui iactantur illud faciunt
non cum caritate Ideo si tradi
dero corpus meum ut ardeam
caritatem non habeam nichil
michi prodest· Caritate fece
runt martires illi qui in tempore
persecucionis passi sunt carita
te fecerunt· Isti autem de tu
more et de superbia faciunt Na
tum persecutor desit se ipsos pre
cipitant· Veni ergo ut habeas ca
ritatem· Sed nos habemus martir
res· Quos martires· Non sunt
columbe Ideo uolare conati sunt
et de petra ceciderunt· Omnia
ergo fratres mei videtis quia
clamant aduersus illos omnes

pagine diuine· Omnes prophe
cie totum euangelium Omnes
apostoli celi terre omnis gemitus
columbe et nondum euigilant
Nondum expergiscuntur sed si
columba sumus gemamus
tolleremus speremus Adest
misericordia dei ut efferueat ignis spiritus sancti
in simplicitate nostra et venient
et non desperandum· orate pro
caritate diligite prorsus potens
est dominus Iam ceperunt co
gnoscere frontem suam Mul
ti cognouerunt Multi erubu
erunt· Aderit dominus ut co
gnoscant et ceteri· Et certe
fratres mei ut palea sola ibi
remaneat omnia grana ibi
colligantur quidquid ibi fruc
tificauit redeat ad archam·
per columbam modo de frac
tes ubique Quod nobis proponunt
non inuenientes quod dicant
villas nostras tulerunt· fundos
nostros tulerunt· proferunt te
stamenta hominum ecce ubi
gaius eius donauit fundamen
tum ecclesie cui preerat fau
stinus Cuius episcopus erat fau
stinus· Quid est ecclesia· ecclesie
dixit cui preerat faustinus
sed non ecclesie preerat faustinus
Sed parti preerat Columba
autem ecclesia est Quid clamant
Non deuorauimus villas Co
lumba illas habeat Queratur
que sit columba et ipsa habeat
Nam nostis fratres mei quia
ville iste non sunt augustini
et si uos non nostis et putastis

me gaudere in possessione vil
larum. Deus novit ipse scit
quid ego de illis villis sentiam
vel quid ibi sufferam novit ge
mitus meus si michi aliquid
in columba impertiri digna
tus est. Ecce sunt ville quo
iure defendis villas. divino
an humano. Respondeant
divinum ius. In scripturis
habemus. humanum ius in le
gibus regum. Unde quisque
possidet quod possidet nonne
iure humano. Nam iure di
vino domini est terra et ple
nitudo eius. Pauperes et di
vites deus de uno lymo fecit
et paupes et divites una ter
ra supportat. Iure tamen hu
mano dicit. Hec villa mea
est. hec domus mea hic ser
vus meus. Iure ergo humano
iure imperatorum. Quare quia
ipsa iura humana per impera
tores et reges seculi deus
distribuit generi humano
vultis ut legamus leges
imperatorum et secundum ipsas
agamus de villis. Si iure
humano vultis possidere
recitemus leges imperatorum
videamus si voluerunt ali
quid ab hereticis possideri.
Sed quid michi est imperator
secundum ius ipsius possides terram.
aut tolle iura imperatorum. Et
quis audet dicere mea est
illa villa meus est iste servus
aut domus hec mea est. Si
autem ut teneantur ista ab
hominibus iura acceperunt regum
vultis recitemus leges ut ga
udeatis quia vel unum ortum
habetis ut non imputetis nisi
mansuetudine columbe quia
vel ibi vobis permittitur per
manere. Leguntur enim le
ges manifeste ubi preceperunt
imperatores eos qui preter ec
clesie catholice communionem
usurpant sibi nomen christianum
nec volunt in pace colere pa
cis auctorem nichil nomine
ecclesie audeant possidere. Sed no
bis et imperatori. Sed iam dixi
de iure humano agitur. Et
tamen apostolus serviri regibus
voluit honorari reges et di
xit regem reveremini. Noli di
cere quid michi et regi. Quid
ergo tibi ergo et possessioni. Per
iura regum possidentur pos
sessiones. Dixisti quid michi
et regi. noli dicere possessiones
tuas. Quia ad ipsa iura huma
na renunciasti quibus possidentur
possessiones. Sed et de iure di
vino ago ait. Ergo evange
lium recitemus. Videamus quo
usque ecclesia catholica est christi super
quem venit columba que do
cuit. Hic est qui baptisat. Quomodo
non ergo iure divino possidebat
qui dicit. Ego baptiso. cum di
cat columba hic est qui bap
tisat. Cum dicat scriptura una
est columba mea una est ma
tris sue. Quare laniastis co
lumbam. ymo laniastis visce
ra vestra. Nam vobis laniatis

Omelia septima : Beati : Augustini Episcopi :

Columba integra perseverat
Ergo fratres mei si ubi quod
non habent quod dicant Ergo
dico quod faciant veniat ad ca
tholicam fidem et nobiscum
habebunt non solum terram sed
etiam illum qui fecit celum
et terram etc. Omelia viii beati
Ab eo quod scrip- augustini
tum est et ego vi- episcopi
di et testimonium perhi
bui quia hic est filius dei
Altera die iterum stabat Jo
hannes et ex discipulis eius
duo et respiciens ihesum ambu
lantem dicit ecce agnus dei
usque ad id quod scriptum est
Amen amen dico vobis vi
debitis celum apertum et an
gelos dei ascendentes et de
scendentes super filium hominis
Gaudemus quidem de fre
quentia vestra qui
a ultra quam spe
rare potuimus ala
criter convenistis
hoc est ergo
quod nos letificat et consolatur
in omnibus laboribus et
periculis huius vite et amor
vester in deum et pium studium
et certa spes et fervor spiritus
Audistis cum psalmus legeretur
quia inops et pauper cla
mat ad deum in hoc seculo
Vox enim est ut sepius audistis
et meminisse debetis non unius
hominis et tamen unius ho
minis Non unius quia fide
les multi Multa grana
inter paleas gemencia dif

fusa toto orbe terrarum Unius
autem quia membra christi omnes
ac per hoc unum corpus Iste ergo
populus inops et pauper non no
uit gaudere de seculo et dolor
eius intus est et gaudium eius
intus est Ubi non videtur nisi
qui exaudit gementem et co
ronat sperantem Letitia seculi
vanitas cum magna expec
tatione speratur ut veniat et
non poterit teneri cum venit
Iste enim dies qui letus est per
ditis hodie in ista civitate
cras utique non erit nec idem
ipsi cras Hoc erunt quod ho
die sunt et transeunt omnia
et volant omnia et sicut fu
mus vanescunt et ve qui amant
talia Omnis enim anima sequi
tur quod amat Omnis caro
fenum et omnis honor carnis
quasi flos feni Fenum aruit
flos decidit verbum domini manet
autem in eternum Ecce quod ames
si vis manere in eternum Sed dicere
habebas Unde possum apprehen
dere verbum dei Verbum caro factum
est et habitavit in nobis Qua
propter carissimi ad inopiam
nostram et paupertatem nostram
pertineat Et quod illos doleamus
qui sibi habundare videntur
Gaudium enim ipsorum quasi
freneticorum est Quid autem
freneticus gaudet in insa
nia sua plerumque et ridet
et plangit illum qui sanus
est Sic et nos karissimi si recepimus
medicinam de celo venientem
quia et nos omnes frenetici eramus

tamquam salui facti qui ea que
diligebamus non diligimus
Gemant adhuc ad deum de his qui
adhuc insaniunt Potens est enim
ut et ipsos saluos faciat et opus
est ut respiciant se et displice
bunt sibi Spectari uolunt
et spectare se non nouerunt Nam
si aliquantum oculos ad se con
uertant uident confusionem
suam · quod donec fiat Alia sunt
studia nostra · Alia sunt aduocatam
ta anime mee plus valet do
lor anime mee quam gaudi
um illorum quantum pertinet ad
gaudium numerum fratrum · diffi
cile est · ut quisquam illa celebri
tate raptus fuerit ex viris ·
Quantum autem ad socorcium nimium
contristat nos et hoc magis do
lendum est quia non ipse potius
ad ecclesiam curreret qui debuit
si non timor Certe verecundia
de publico reuocare · Viderit
hoc qui uidet et adest misericordia
eius ut sanet omnes · Nos autem
qui conuenimus pascamur epu
lis dei et sit gaudium nostrum ser
mo ipsius Inuitauit enim nos
ad euangelium suum et ipse cibus
noster est Quo nihil dulcius Sed
si quis habeat palatum sanum
in corde Bene autem arbitror
meminisse caritatem vestram hoc
euangelium lectionibus congruis
ex ordine recitari Et puto uos
non excidisse que iam tractata
sunt maxime recensenda de Jo
hanne et columba de Johanne
scilicet quid noui in domino didicerit
per columbam qui iam nouerat

dominum Et hoc inuentum est inspi
rante spiritu dei · quod etiam quidem
Johannes nouerat dominum Sed
quod ipse dominus ita esset bapti
saturus ut baptizandi potestatem
a se in neminem transfunderet
hoc didicit per columbam quod
dictum ei erat Super quem
uideris spiritum descendentem ve
lut columbam et manentem
super eum hic est qui baptizat
in spiritu sancto · quidem hic est
non est alius Et si per alium
Quare autem per columbam
multa dicta sunt nec possunt
non opus est omnia retexere · pre
cipue tamen propter pacem quia
et ligna que baptizata sunt
foris quia fructum in eis inuenit
columba ad archam attulit
Sicut meministis columbam
emissam a noe de archa que di
luuio natabat et baptismo
abluebatur non mergebatur
Cum ergo esset emissa attu
lit ramum oliue sed non sola fo
lia habebat habebat fructum Ita
quod hoc optandum fratribus nostris
qui foris baptizantur ut ha
beant fructum non illos si
nec columba foris non ad archam
reduxerit Fructus autem est
totus caritas sine qua nihil
est homo Quid quod aliud ha
buit · et hoc uberrime dictum
ab apostolo commemoram et recen
suit · Ait enim Si linguis ho
minum loquar et angelorum ca
ritatem autem non habeam fac
tus sum ut eramentum sonans et
cymbalum tinniens et si habuero ·

Et si h(ab)uero omnem scienciaz
et sciam om(n)ia sacramenta
et h(abe)am om(n)em p(ro)phetiam fide(m)
autem quo(n)d dix(it) omnez ut
montez transferam caritate(m)
non habeam nichil sum Et
si distribuero om(n)ia mea pa
up(er)ibus et si tradidero corpus
meum ut ardeam caritatez
autem non h(ab)uero nichil m(ihi)
prodest Nullo m(od)o autem pos
sunt se dicere h(abe)re caritatem
qui diuidunt vnitatem hec
dicta sunt sequentia videam(us)
Qui per hibuit Johanes testi
monium quia vidit quale
testimoniu(m) per hibuit quia
ip(s)e est filius dei Oportebat
ergo ut ille baptisaret qui e(st)
filius dei vnicus non adop
tatus Nam adoptati filii
ministri sunt vnici · Vnicus
h(abe)t p(ro)p(r)ietatem adoptati mini
sterium licet baptiset minist(er)
non p(er)tinens ad numer(um) fili
orum quia male viuit et
male agit · qui nos conso
latur hic e(st) qui baptisat
Altera die
iteru(m) stab(at)
Johannes et
ex discipulis eius duo
Et respiciens ih(esu)m ambulantez
dicit Ecce agnus dei et c(etera)
Utiq(ue) iste singu
lariter agnus · Nam
et discipuli dicti sunt
agni Ecce ego mitto vos sicut
agnos in medio lupor(um) dicti
sunt et ip(s)i lumen · Vos autez

Sequitur · s(ecundu)m Ioh(annem) · In vigilia · s(an)c(t)i · Andree ap(osto)li

Omelia · b(eati) Augusti(ni) de ead(em) l(ectione)

estis lumen mundi Sz aliter ille
de quo dictum est Erat lumen
verum quod illuminat omnez
hominez venientez in hunc
mundum Sic et agnus singu
lariter solus sine macula sine
peccato · non cuius macule ab
sterse sunt sed cuius macula ·
nulla fuerit quid enim Ecce
dicebat Johannes de domino ecce
agnus dei Ip(s)e johannes non
erat agnus non erat vir s(an)c(tu)s
non erat amicus sponsi Er
go singulariter ille · hic e(st) agn(us)
dei quia singulariter huius
agni sanguine solo homines
redimi potuerunt Fratres m(e)i
si agnoscimus precium n(ost)r(u)m q(uia)
sang(ui)s est agni qui sunt illi
qui hodie celebrant festiuitate(m)
sanguinis · nescio cuius mulie
ris et quam ingrati sunt Rap
tum est aurum · dicunt de aure
mulieris et cucurrit sang(ui)s
et positum est aur(um) in trutina
uel in statera et p(re)ponderauit
multu(m) de sanguine Qui pond(us)
ad inclinand(um) auru(m) h(ab)uit sang(ui)s
mulieris quale pondus h(ab)et
ad inclinand(um) mundum sang(ui)s
agni per quem f(a)c(tu)s est m(undus)
Et quidem ille sp(iritu)s nescio q(ui)s
ut p(ro)mereret pondus placatus
e(st) sanguine · Immundi sp(iritu)s no
uerant venturu(m) neut(rum) Ihesu(m)
xp(istu)m · Audierant ab angelis
Audierant ex p(ro)phet(is) et spera
bant eum venturum · Nam
si non sperabant · cur clama
bant Quid nob(is) et tibi e(st) · venisti

ante temp' nos perd'e. Quim'
qui sibi sce dei venturum scie
bant sed temp' ignorabant. Et
quid audistis in psalmo de iherlm
qm beneplacitum hu'ert sui
tui in lapides eius et puluis
eius miserebuntur. Tu exur
gens misereberis syon quia
uenit tempus ut mi
sercaris eius. Etenim venit tpus ut
misereatur deus. Venit agnus
qualis agnus est quem lupi
timent. Qualis agnus e qui
leonem occisus occidit. Dict'
est enim dyabolus leo circuiens
et rugiens querens quem de
uoret. Sanguine agni vic
tus est leo. Ecce spectacula x
ianorum. Et quod est amplius
illi oculis carnis uident vani
tatem. nos cordis oculis verita
tem. Ne putetis fres quod sine
spectaculis nos dimisit domin'
deus nr. Nam si nulla sunt spec
tacula. Que hodie conuenistis.
Ecce quod diximus vidistis et
exclamastis. Non exclamaretis
nisi uidissetis. Et magnum est
hoc spectari per totum orbem
terrarum sanguine agni victu'
leonem. educta dentibus leo
nis membra x et adiuncta cor
pori xpi. Ergo nescio quid simile
imitatus est quidam spiritus
ut sanguine simulacrum suum
emi uellet quia nouerat pre
cioso sanguine quandoque redime
dum esse genus humanum. Fin
gunt enim spiritus mali um
bras quasdam honoris sibimet

ipsis ut sic decipiant eos qui se
cuntur xpm. Usque adeo fres
mei ut illi ipsi qui seducunt per
ligaturas per precantationes
per machinamenta inimici miscre
ant precantationibus suis no
men xpi. quia iam non possunt
seducere xanos. ut dent vene
num addunt mellis aliquantu
ut per id quod dulce e. lateat
quod amarum est et bibatur ad
perniciem usque adeo ut ego no
uerim aliquo tempore illius pil
leati sacerdotem solere dicere
ut ipse pylleatus xanus e. Ut
quid hoc fratres nisi quia no
possunt aliter seduci xani. Ne
queratis ergo alibi xpm qm
ubi se nobis voluit predicari
xpus et quo se voluit predica
ri sic illum tenete. Sic in corde
vro scribite. murus est aduersus
omnes impetus et aduersus in
sidias inimicorum. nolite time
ne temptet ille nisi permissus
fuit. Constat illum nichil facere
nisi permissum aut missum. Mit
titur tamquam angelus malus
a ptate dominante. Per mit
titur qn aliquid petit. Et hoc
fratres non fit nisi ut probent'
iusti puniantur iniusti. Quid
ergo times. Ambula in deo
tuo. Certus esto quod te non uult
pati. non pateris quod te permisit
pati. flagellum corrigentis
est non pena dampnantis.
Ad hereditatem sempiternam eru
dimur et flagellari dedigna
mur. Fratres mei si recusaret

quisq puer collaphis aut fla
gellis cedi a patre suo Quod de
ceretur superbus desperatus
ingratus pene disciplinae Et
ut quid erudit pr homo filiu
suum hominem ut possit no
perdere tempalia que illi acq
suut que illi collegit que no
uult eum perdere · que ipse q
relinquit non potuit in sem
pitrnu tenere · Non docet filiu
suum quo possidet sed qui post
eum possideat ffratres mei
si pater docet filium successo
rem · et quem docet et ipm
similiter per illa omnia tran
siturum · que et ille qui moue
bat transiturus est Quo
multis erudiat nos pr noster
Cui non successuri sz ad quez
accessuri sumus et cu ipo inet
num mansuri in hereditate
que nec marcescet nec morit
nec exrandinem nouit et ipa
hereditas ipe pater est Huc
possidebimus et erudiri non
debem Sufferamus ergo
eruditionez pris non qn nob
dolet caput curramus ad pre
cantationes ad sortilegos et
ad remedia vanitat ffrates
mei non uos plangam totti
die inuenio ista Et quid faci
am nondum persuadeo pa
nis in x spem esse ponendaz
Ecce si cui factu est remedi
um moratur quia multi cum
cum remediis mortui sunt
Et quam multi sine reme
diis vixerunt Qua fronte
exit anima ad deum q pdidit

signum x · accepit signu dya
boli An forte dicis non pdidi
signum x · Ergo signum xpi
cum signo dyaboli huisti · no
uult xpus comunionez solus
uult possidere quod emit Ta
ti emit ut solus possideat Tu
facis ei consortem dyabolum
Cui te per pctm vendideras ·
Ve duplici corde qui in corde su
o partem faciunt deo · partez
faciunt dyabolo Iratus deus
quia pars ibi fit dyabolo disce
dit et totum dyabolus posside
bit · non frustra itaqz aplus
dicit Neqz detis locum dyablo
Cognoscamus ergo fres agnm
Cognoscamus pcium nostrum
Ecce duo discipuli iohannis
quia talis erat Johannes a
mic sponsi non querebat glo
riam suam · sed testimonium
perhibebat vitati Nunquit no
luit apud se remanere disci
pulos suos ut no sequerentur
dominum · magis ipe ondit di
scipulis suis quem sequentur
Hebant enim illum tamqm
agnm Et ille quid me atten
ditis Ergo non sum agnus Ec
ce agnus dei de quo etiam su
pius dixerat Ecce agnus Et
quod non prodest agnus dei
Ecce ait qui tollit peccatum
mundi Secuti sunt illum hc
audito duo qui erant cu Johe
Videamus sequentia Ecce a
gnus dei · hc Johannes Et au
dierunt eum duo discipuli lo
quentem et secuti sunt ihm
Conuersus autez ihs et vidit eos

sequentes se et dicit eis Quid
queritis Qui dixerunt ei Rabi
quod d[icitu]r interpretatum magister
Ubi habitas Non sic illum se
quebantur ut quasi iam in
herent illi· Nam manife-
stum est q[uando] illi inheserunt
quia de naui illos vocauit
In hijs enim duobus erat
Andreas sicut modo audisti
Andreas autem frater petri
erat Et nouimus in ewangelio
q[uod] petrum et Andream do
minus vocauit de naui dicens
Venite post me faciam uos
piscatores hominum Et ex illo
iam inheserunt illi ut non
recederent Modo ergo quod
eum secuntur isti duo· non
quasi non recessuri sequuntur
sed uidere voluerunt ubi habita
ret et facere quod scriptum
est Limen hostiorum eius ex
terat pes tuus Surge ad
illum venire assidue et eru
diri preceptis illius Ondit
eis ille ubi maneret Vene
runt fueruntque cum illo
quam beatum diem duxerunt
quam beatam noctem Quis e
qui nobis dicat que audierit
ille a domino Edificemus et nos
metipsi in corde nostro et facia-
mus domum quo veniat ille et do
ceat nos Conloquatur nobis·
quid queritis Qui dixerunt
ei Rabi quod dicitur interpretatum
magister· Ubi habitas dicit
eis· Venite et videte· Et ve
nerunt et viderunt ubi ma
neret Et apud eum manserunt

die illo· Hora autem erat quasi
decima Nichil ne arbitramur
pertinuisse ad ewangelistam
dicere nobis quota hora erat
potest fieri ut nichil ibi nos
querere nichil admonere aduertere
voluit· Decima erat hora
Numerus iste legem signifi
cat quia in decem preceptis
data est lex· Venerat autem
tempus ut impleretur lex
per dilectionem quia a iudeis
implere non poterat per timo
rem Unde dominus dicit· Non
veni soluere legem· sed adim
plere Merito ergo decima ho
ra eum secuti sunt ad testimo
nium amici sponsi duo isti et
decima hora audiuit Rabi quod
interpretatur magister Si de
cima hora audiuit dominus audiuit
et decimus numerus ad legem pertinet
magister legis non est nisi dator
legis Nemo dicat quia alius
dedit legem et alius docet le-
gem Ipse illam docet qui il-
lam dedit Ipse est magister
legis sue Et docet illam et mia
est in lingwa ipsius Ideo miser
diter docet illam legem· sicut
dictum est de sapientia Legem
autem et miam in lingwa·
portat Noli timere ne implere
legem non possis fuge ad mi
sericordiam Si multum est
a te legem implere utere
pacto illo et ywographo utere
precibus quas tibi constituit et
composuit iurisperitus celestis
qui enim habent causam et no
lunt supplicare imperatori grauiter

aliquem scolasticum iurisperitum
a quo sibi preces componant.
Ne forte si aliter petierint quod
oportet non solum non impe-
trent quod petunt Sed et pe-
na pro beneficio mereantur. Cum
enim quererent supplicare apostoli
et non invenirent quo adirent
imperatorem dominum Dixerunt
christo Domine doce nos orare
hoc est iurisperite noster assessor
ymo consessor dei. Compone
nobis preces et docuit dominus
de libris iuris celestis. Docuit
quo orarent et in ipso quod
docuit posuit quandam condicionem
Dimitte nobis debita nostra sicut
et nos dimittimus debitoribus
nostris Si non secundum legem
petieris reus eris. Quare mesti
imperatorem factus reus. Offer
sacrificium humilitatis offer sa-
crificium misericordie. Dic in precibus di-
mitte michi quia et ego dimit-
to. Sed si dicis fac. quidem fac-
turus es. Quo iturus si men-
titus fuis in precibus. Non
quo dicitur in foro. carebis
beneficio rescripti Sed nec re-
scriptum impetrabis. Iuris enim
forensis est ut qui in precibus
mentitus fuit non illi prosit
quod impetravit. Sed hoc inter
homines quia potest falli homo.
Quia potuit falli imperator
quando preces misisti. Dixisti enim
quod voluisti et cui dixisti ne-
scit an verum sit. Dimitte adver-
sario tuo convincendum ut si
ante iudicem. convictus fuis
de mendacio quia non potuit
ille nisi prestare nesciens An-

fuis mentitus ibi carebis ipso
beneficio rescripti quo perduxi-
sti rescriptum. Deus autem quem
novit utrum mentiaris. An
verum dicas non facit ut in iu-
dicio tibi prosit Sed nec im-
petrare te permittit quia au-
sus es mentiri veritati. Quid
ergo facturus es. Dic michi
implere legem ex omni parte
ita ut in nullo offendas diffi-
cile est. Reatus ergo certus est
remedio uti non vis. Ecce fratres
mei quale remedium possunt
domini contra egritudines
anime. Quid ergo cum caput
tibi dolet laudamus si evangelium ad
caput tibi posueris et non ad
ligaturam occurreris. Adhuc
enim perducta est infirmitas
hominum et ita plangendi sunt
homines qui currunt ad liga-
turas ut gaudeamus quando vi-
demus hominem in lecto suo con-
stitutum febribus iacentem
et doloribus nec alicubi spem
posuisse nisi ut sibi evangelium
ad caput poneret non quia ad
hoc factum est. Sed quia prela-
tum est evangelium ligaturis. Si
ergo ad caput ponitur ut
quiescat dolor capitis ad cor
non ponitur ut sanetur a pec-
catis. Fiat ergo. Quid fiat.
Ponatur ad cor sanetur cor.
Bonum est ut de salute corporis
non satagas nisi ut a deo illam
petas. Si scit prodesse dabit tibi
illam si non tibi dederit non tibi
proderit. Habere illam. Quam multi
egrotant innocentes in lecto
et si sani fuerint procedent.

ad scelera committenda. Quam
multis obest sanitas. Latro qui
procedit ad faciem occidere ho
minem quanto illi melius erat
ut egrotaret. Qui noctu surgit
ad fodiendum parietem alienum
quanto melius febribus iactaretur
innocentius egrotaret. Scelera
te sanus est. Novit ergo deus
quid nobis expediat. Id agamus
tantum ut cor nostrum sanum sit
a peccatis et cum forte flagella
mur in corpore ipsum deprecemur.
Rogavit illum apostolus paulus
ut auferret stimulum carnis
et noluit auferre. Numquid per
turbatus et numquid contristatus
dixit se desertum. Magis se dixit
non desertum quia non ablatum
est quod volebat auferri ut
illa infirmitas sanaretur. Hoc
enim invenit in voce medici. Suf
ficit tibi gratia mea. nam vir
tus in infirmitate perficitur.
Unde ergo scis si quod non vult
te sanare deus adhuc tibi expe
dit flagellari. Unde scis quam pu
tre est quod secat medicus agens
ferrum per putrida. Nonne no
vit modum quid faciat quousque
faciat. Numquid ululatus eius
qui secatur retrahet manus
medici artificiose secantis. Ille
clamat. Ille secat. Crudelis quia
non audit clamantem. Immo po
tius misericors qui vulnus perse
quitur ut sanet egrotum. Hec
fratres mei ideo dixi. ne quis que
rat aliquid preter auxilium dei.
Quando forte in aliqua correptione
domini sumus. Videte ne pereatis.
Videte ne ab agno recedatis

et a leone devoremur. Diximus
ergo quare hora decima seque
ntia videamus. Erat Andreas
frater symonis petri unus ex
duobus qui audierant a iohanne
et secuti sunt eum. Invenit hic
symonem fratrem suum et dicit ei.
Invenimus messiam quod est inter
pretatum christus. Messias ebraice.
latine christus est. Ab unctione enim dicitur
christus. Crisma unctio est grece.
ergo christus unctus. Ille singulariter
unus precipue unctus. Unde omnes
christiani unguntur. Ille precipue
audi quo in psalmo dicat. Propterea
unxit te deus deus tuus oleo exulta
tionis pre participibus tuis. Parti
cipes enim eius omnes sancti. sed
ille singulariter sanctus sanctorum
singulariter unctus. Singula
riter christus. Eduxit eum ad ihesum an
dreas fratrem suum symonem. Intu
itus autem eum dixit ihesus. Tu
es symon filius iohanna. tu
vocaberis cephas quod interpre
tatur petrus. Non magnum quia
dominus dixit cuius filius esset
iste. Quid magnum domino omnia
nomina sanctorum suorum sciebat
que ante constitutionem mundi
predestinavit et miramini quia
dixit uni homini. Tu es filius
illius et tu vocaberis cephas.
Illud magnum quia mutavit
ei nomen et fecit de symone
petrum. Petrus autem a petra.
petra non ecclesia. Ergo in petri
nomine figurata est ecclesia.
Et quis securus nisi qui edificat
super petram. Et quid ad ipsam
domini. Qui audit verba mea
hec et facit ea similabo eum

viro prudenti edifficanti super petram. non cedit temptationibus. Descendit pluuia venerunt flumina flauerunt venti et impegerunt in domum illam et non cecidit fundata enim erat supra petram. Qui audit verba mea et non facit ea similis erit homini stulto. quis enim timeat et non caueat similabo viro stulto qui edifficauit domum suam super arenam. Descendit pluuia venerunt flumina. flauerunt venti et impegerunt in domum illam et cecidit et facta est ruina eius magna. Quid prodest ergo intrare ecclesiam qui vult super arenam edifficare. Audiendo enim et non faciendo edificat quidem sed super arenam. Si enim nichil audit nichil edificat. Si audit edifficat. Sed querimus ubi. si enim audit et facit super petram. Si audit et non facit super arenam. Duo sunt genera edifficantium aut super petram aut super arenam. Quid ergo illi qui non audiunt securi sunt. Securos eos dicit quia nichil edifficant. Nudi sunt sub pluuia ante ventos ante flumina. cum venerint ista ante illos tollunt quam nos deiciant. Ergo vna est securitas et edifficare et super petram edifficare. Si audire vis et non facere edifficas sed ruinam edifficas. Cum autem venit temptatio deicit domum et cum ipa ruina tua te tollit. Si autem non audis nudus es illis temptationibus tu ipse traheris. Audi ergo et fac.

Unum est remedium. Quanti forte hodie audiendo et non faciendo rapti sunt fluuio celebritatis huius. Audiendo enim et non faciendo venit fluuius et ipa celebritas anniuersaria impletus est torrens transiturus est et siccatur. Sed ve illi quem tulerit. Illud ergo nouerit caritas vestra quia nisi quis et audiat et faciat non edifficat super petram et non pertinet ad nomen tam magnum quod sic commendauit dominus. Intentum enim te fecit. Nam si hic ante vocare non vti uideres mysterium petre et putares casu eum sic vocari non prouidentia dei. Ideo uoluit eum aliud prius vocari ut ex ipsa commutatione nominis sacramenti viuacitas commendaretur. Et in crastinum uoluit exire in galileam et inuenit philippum dixit ei ihesus. Sequere me. Erat autem philippus de ciuitate andree et petri et inuenit philippus natanahelem iam vocatus a domino philippus et dixit ei. Quem scripsit moyses in lege et prophete inuenimus ihesum filium ioseph. Eius filius dicebatur cui desponsata fuerat mater eius. Nam qui ea intacta erat conceptus et natus sit. bene nouerunt ex euangelio omnes. Jam hic philippus dixit Nathanaheli addit et locum nazareth. Et dixit ei. Nathanahel. a nazareth potest aliquid bonum esse. Quod intelligitur fratres. non quo aliqui pronunciant. Illa et sic solet pronunciari

A nazareth pt aliquid boni
esse Sequitur enim vox phi
lippi et dicit Veni et vide Am
bas autem pronunciationes
pt ista vox sequi siue sit pro
nuncians tanquam confirmās
A nazareth pt aliquid boni ee
Et ille veni et vide siue sic du
bitans et totum interrogans
A nazareth pt aliquid boni
esse Veni et vide Cum ergo siue
illo modo siue isto pronuncietur
non repugnet ūba sequentia
Nem est querere quod potius in
telligamus in hiis ūbis qual
fuit natanahel iste· Insequenti
bus probamus Audite qualis
fuit Dominus ipse perhibe
bat testimonium Magnus do
minus cognitus testimonio Jo
hannis beatus nathanahel
cognitus est testimonio ūitatis
Quia dominus et si testimo
nio Johannis non commenda
retur ipse sibi perhibebat te
stimonium quia sufficit sibi
ad testimonium suū ūitas Sz
quia ūitatem non poterant
capere homines per lucernam
querebant ūitatem · Et ideo
Johannes per quem dominus
ostenderetur missus est Audi
dominum nathanaheli testimo
nium perhibentem Et dixerat
Nathanahel· A nazareth pt
aliquid boni esse Dicit ei phi
lippus Veni et vide Et vidit
ihesus nathanalem venientem
ad se et dicit de eo Ecce vere isrhe
lita in quo dolus non est Magnum
testimonium hoc nec Andree
dictum nec petro dictum est
nec philippo qd dcm e de natha
nahele Ecce vere isrhelita in quo
dolus non est Quid ergo fa
cimus fratres· Deberet iste primus ee
in aplis Non solum primus non
inuenitur in aplis Sz nec me
dius nec ultimus inter duodecim
nathanahel est Cui tantum
testimonium perhibuit filius
dei dicens Ecce vere isrhelita in quo
dolus non est Queritur causa quan
tum dominus intimat probabili
inuenimus Intelligere enim debe
mus nathanalem eruditum fu
isse et peritum legis propterea illum
noluit dominus inter discipu
los ponere quia ydiotas elegit
unde confunderet mundum Au
di aplin dicentem ista Videte
enim inquit vocationem vestram
fratres quia non multi sapientes
secundum carnem non multi
potentes non multi nobiles
sz infirma mundi elegit deus
ut confundat fortia et igno
bilia mundi et contemptibilia
elegit deus ut ea que non sunt
tanquam ea que sunt ut que
sunt euacuentur Si doctus
eligeretur fortasse ideo se
diceret electum quia doctrina
eius meruit eligi Dominus deus nr
ihesus xpistus volens superborum
frangere ceruices non que
siuit per oratorem piscatorem
sz de piscatore lucratus est im
peratorem Magnus cyprianus
orator sz prius petrus sz prius
petrus piscator per quem postea
crederet non tantum orator sz im
perator Nullus nobilis primo elec
tus est nullus doctus quia infir
ma mundi elegit deus ut con
funderet fortia Erat ergo iste

magnus et sine dolo. Hoc solo
non electus nec inquam vi
deretur dominus doctos elegisse
et ex ipsa doctrina legis venie
bat. Quod cum audisset nazareth
scrutatus enim erat scrip
turas et sciebat quia inde erat
expectandus saluator quod
non facile alii scribe et pha
risei noverant. Iste ergo doc
tissimus legis cum audisset
philippum dicentem invenimus
ihesum quem scripsit moyses in
lege et prophete a nazareth fi
lium ioseph ille qui optime
scripturas noverat audito
nomine nazareth erectus est
in spem et dixit a nazareth
aliquid boni potest esse. Iam cete
ra de ipso videamus. Ecce ve
re israhelita in quo dolus non est.
Quid est in quo dolus non est.
Forte non habebat peccatum.
Forte non erat eger. Forte
illi medicus non erat necessa
rius. Absit. Nemo hic sic natus
est ut illo medico non egeret.
Quid sibi ergo vult in quo
dolus non est. Aliquantum intus que
ramus. Apparebit modo in no
mine domini. Dolum dicat do
minus et omnis qui verba latina
intelligit scit quia dolus est
cum aliud agitur et aliud fi
ngitur. Intendat caritas vestra
non dolus dolor est. Propterea
dico quia multi fratres imperitio
res latinitatis loquuntur sic
ut dicant dolus illum torquet
pro eo quod est dolor. Dolus
fraus est simulatio est. Quando

aliquis aliud in corde tegit et
aliud loquitur dolus est et
tamquam duo corda habet. Unum
quasi sinum cordis habet ubi
videt videre veritatem et alte
rum sinum ubi concipit men
dacium. Et ut noveritis hunc
esse dolum dictum est in psalmis labia
dolosa. Quid est labia do
losa. Sequitur in corde et cor
de locuti sunt mala. Quid est
in corde et corde locuti sunt ma
la nisi duplicia corda. Si ergo
dolus in isto non erat sanabi
lem illum medicus indicavit
non sanum. Aliud enim est sa
nus aliud sanabilis aliud
insanabilis. Qui egrotat
cum spe sanabilis dicitur. Qui eg
rotat cum desperatione insana
bilis. Qui autem iam sanus
est non eget medico. Medicus
ergo qui venerat sanare vidit
istum sanabilem quia dolus
in illo non erat. Quomodo in illo
non erat dolus si peccator est
fatetur se peccatorem. Si
enim peccator est et iustum
se dicit dolus in ore ipsius est. Er
go in nathanahele confessionem
peccati laudavit non iudicavit
non esse peccatorem. Propterea cum
pharisei qui sibi videbantur
iusti reprehenderent dominum quia
miscebatur egrotis medicus
et dicerent. Ecce cum quibus
manducat et cum publica
nis et peccatoribus respondit medicus
freneticis. Non est opus sanis
medicus sed male habentibus. Non
veni vocare iustos sed peccatores

hoc est dicere quia vos iustos
dicitis cum sitis peccatores Sa
nos vos iudicatis cum lan
gweatis medicina repellitis
non sanitatem tenetis · Unde
ille pharyseus qui vocave
rat dominum ad prandium
sanus sibi videbatur Egro
ta autem illa mulier irru
pit domum quo non erat
invitata et desiderio salutis
facta impudens accessit non
ad caput domini · non ad ma
nus ad pedes lavit eos lacrimis
tersit capillis suis osculata
est eos · unxit ungento pa
cem fecit cum vestigiis dni
peccatrix Reprehendit ille · tam
quam sanus medicum Ille pha
riseus qui illic discumbebat
ait apud se · hic si esset propheta
sciret que mulier illi pedes
tetigisset Ideo autem suspi
catus fuerat eum ignorasse
quia non illam repulit quasi
ne immundis manibus tangeret
Noverat autem ille permisit
se tangi ut tactus ipse sana
ret Dominus videns cor pha
risei proposuit similitudinem ·
Duo debitores erant cuidam
feneratori unus ei debebat
quingentos denarios Alter quinqua
ginta Cum non haberent unde red
derent donavit ambobus Quis
ergo plus diligit Et ille re
spondit cui plus donavit Et
conversus ad mulierem symoni di
xit · Vides istam mulierem Intravi
in domum tuam aquam in ad
pedes non dedisti · illa autem
lacrimis lavit pedes meos et
capillis suis tersit osculum
michi non dedisti illa non de
stitit pedes meos osculari ole
um michi non dedisti Illa pe
des meos unxit ungento prop
terea dico tibi Dimittentur ei pec
cata multa quoniam dilexit mul
tum Cui autem modicum dimit
titur modicum diligit hoc est
dicere plus egrotas · sed sanum
te putas modicum tibi pu
tas dimitti cum plus debitor
sis Bene ista · quia dolus in
illa non erat meruit me
dicinam Quid est dolus in
illa non erat Confitebatur
peccata hoc laudat in natha
nahele quia dolus in illo non
erat Quia multi pharisei ha
bundabant peccatis iustos
se dicebant et dolum afferebant
per quem sanari non poterant
Vidit ergo iam istum in quo
dolus non erat et ait Ecce ve
re israhelita in quo dolus non est
Dixit ei nathanahel · Unde
me nosti Respondit Jhesus et di
xit ei priusquam te philippus
vocaret cum esses sub ficu vi
di te · Respondit sub arbore fici
Rabbi erat Rabbi tu es filius
dei · tu es rex israhel · Ali
quid magnum potuit natha
nahel iste intelligere in eo quod
dictum est Cum esses sub ar
bore fici vidi te priusquam te
philippus vocaret Nam talem
vocem protulit Tu es filius
dei tu es rex israhel qualem
tanto post petrus quando ei dns

ait Beatus es symon bariona
quia non tibi reuelauit caro et
sanguis. sed pater meus qui
est in celo. Et tibi nominauit pe
trum et laudauit firmamen
tum ecclesie in ista fide. Hic ia
dicit Tu es filius dei tu es rex
israhel. Unde quia dictum est
ei Antequam philippus vocaret
cum esses sub arbore fici vidi
te. Querendum est an aliquid
significet ista arbor fici Au
dite enim fratres mei inuenim9
arborem fici maledictam quia
sola folia habuit et fructum non
habuit In origine humani ge
neris adam et eva cum peccas
sent de foliis ficulneis succinc
toria sibi fecerunt. Folia er
go ficulnee intelliguntur peccata
Erat autem nathanael sub
arbore fici tamquam sub umbra
mortis. Uidit eum dominus
de quo dictum est. Qui sedebant
in umbra mortis. lumen or
tum est eis. Quid ergo dic
tum est eis nathanaeli Dic
michi O nathanael. unde
me nosti. modo iam loquis
mecum quia vocauit te phi
lippus. Iam quem vocauit per
apostolum ad ecclesiam suam vidit
pertinere. O tu ecclesia o tu is
rahel in quo dolus non est
Si es populus israhel in quo do
lus non est. modo iam co
gnouisti xpm per apostolos quo
modo nathanael cognouit
xpm per philippum Sed in mia
sua ante te vidit cum tum
sub peccato iaceres. Nunquid
enim nos prius quesiuimus xpm

et non ille nos quesiuit. Nu
quid nos venimus egroti
ad medicum et non medicus
ad egrotos. Nonne ouis illa
perierat Et relictis nonaginta
ta nouem pastor quesiuit il
lam et inuenit. quam letus
in humeris reportauit. No
ne perierat illa dragma et ac
cendit mulier lucernam et
quesiuit in tota domo sua do
nec inuenit et cum inuenisset
conletamini mecum ait vici
nis quia inueni dragmam
quam perdideram. Sic et nos sicut
ouis perieramus sicut dragma
perieramus et pastor noster in
uenit ouem sed quesiuit ouem
Mulier inuenit dragmam
sed quesiuit dragmam que est
mulier caro xpi. Que est lucer
na. Paulus lucerna xpo meo
Ergo quesiti sumus ut inueni
remur. Inventi loquimur.
non superbiamus quia antequam
inueniremur perieramus si non que
reremur. Non nobis ergo dicant
quos amamus et volumus
lucrari paci ecclesie catholice
Quid nos vultis quid nos quer
itis si peccatores sumus. Ideo vos
querimus ne pereatis. querimus
quia quesiti sumus. Inuenire
vos volumus quia inuenti sumus
Itaque nathanael cum dixis
set. Unde me nosti. Ait illi do
minus Priusquam te vocaret
philippus cum esses sub arbore
fici vidi te. o tu israhel. sine dolo
quisquis es. O populus viuens
ex fide antequam te per apostolos
meos vocarem ait. Cum eeb

sub umbra mortis et tu nomne
videres Ego te vidi Dominus
deinde dixit ei· Quia dixi tibi
vidi te sub arbore fici credis
maius hys videbis Quid est
hic maius hys videbis et dic
eis Amen dico vobis videbitis
celum apertum et angelos as
cendentes et descendentes su
filium hominis Fratres nescio quid
maius dixit quam est sub
arbore fici vidisse plus est enim
quod nos dominus vocatos iustificat
quam quod vidit iacentes sub
umbra mortis Quid enim no
bis proderat si ibi mansissemus
ubi nos vidit Numquid non
iaceremus Quid est hoc maius
quod videmus angelos ascenden
tes et descendentes super filium
hominis Nam aliquid de hys as
cendentibus et descendentibus
angelis dixeram Sed ne obli
ti fuitis breviter dico tamquam
commemorans pluribus autem
dicerem si non commemorarem
sed modo insinuarem Scalas
vidit Iacob per sompnium et
in ipsis scalis vidit ascenden
tes et descendentes· et lapi
dem quem sibi posuerit ad
caput unxit Audistis quia
messias xpus est· Audistis quod
xpus unctus est Non enim sic
posuit lapidem unctum ut ve
niret et adoraret Alioquin
ydolatria esset non significatio
xpi Facta est significatio quo
usque oportuit fieri significatum
et significatus est xpus lapis
unctus sed non in ydola lapis
unctus· lapis quare Ecce pono
in syon lapidem electum precio
sum· et qui crediderit in illum
non confundetur Quare u
nctus Quia xpus a crismate
Quid autem vidit tunc in scalis
Ascendentes et descendentes an
gelos Sic est ecclesia Fratres an
geli dei boni predicatores pre
dicantes xpm Hoc est super
filium hominis ascendunt et
descendunt Quo descendunt
Ex uno habemus exemplum
Audi apostolum paulum quod in
ipso invenerimus hoc de ceteris ve
ritatis predicatoribus credamus
Vide paulum ascendentem Sci
o hominem in xpo ante annos
quattuordecim raptum fuis
se usque in tertium celum Sive in
corpore sive extra corpus nescio
deus scit et audisse ineffabilia
verba que non licet homini lo
qui Ascendentem audistis de
scendentem audite· Non potui
vobis loqui quasi spiritualibus
sed quasi carnalibus Quasi
parvulis in xpo· lac vobis potum
dedi non escam Ecce descendit
quia ascenderat Quere quo
ascenderat usque in tertium celum
Quere quo descenderit usque
ad lac parvulis dandum Audi
quia descendit Factus sum
inquit parvulus in medio vestrum
tamquam si nutrix foveat filios
suos· Videmus enim et nutrices
et matres descendere ad parvulos
Et si noverit latina verba di
cere illa et quassant
quodammodo suam linguam
ut possint de lingwa diserta
fieri blandimenta puerilia

quid sicut sunt desistant. non audit infans sed nec proficiat infans. Et disertus aliquis pater si sit tantus orator ut lingwa illius fora concrepent et tribunalia concuciantur si habeat parvulum filium cum ad domum redierit seponit forensem eloquenciam quo ascenderat et lingwa puerili descendit ad parvulum. Audi uno loco ipsum apostolum ascendentem et descendentem in una sentencia. Sive enim inquit mente excessimus deo. sive temperantes sumus vobis. Nec iudicavi me scire aliquid inter vos nisi ihesum christum et hunc crucifixum. Si ipse dominus ascendit et descendit manifestum est quia et predicatores ipsius ascendunt imitatione descendunt predicatione et si aliquanto nos diucius tenuimus consilium fuit ut importune hore transirent. Arbitramur iam illos fregisse vanitatem suam nos autem fratres qui pasti sumus epulis salutaribus quod restat agamus ut diem dominicum sollempniter impleamus in gaudiis spiritualibus et comparemus gaudia veritatis cum gaudiis vanitatis et si horremus doleamus si dolemus oremus si oramus exaudiamur si exaudimur et illos lucramur.

Incipit omelia viii beati augustini episcopi.

Ab eo quod scriptum est. Et die tercia nuptie facte sunt in chana galilee usque ad id quod ait. Quid michi et tibi est mulier nondum venit hora mea.

Miraculum domini nostri ihesu christi quo de aqua vinum fecit non est mirum eis qui noverunt quia dominus fecit. Ipse enim vinum illo die in nupciis in sex illis hydriis quas impleri aqua precepit qui omni anno facit hoc in vitibus. Sicut enim quod miserunt ministri in hydrias in vinum conversum est opere domini sic et quod nubes fundunt in vinum convertitur eiusdem opere domini. Illud autem non miramur quia omni anno fit assiduitate amisit admiracionem. Nam consideracionem maiorem invenit quam id quod factum est in hydriis aque. Quis est enim qui considerat opera dei quibus regitur et administratur totus hic mundus et non obstupescat obruiturque miraculis si consideret vim unius grani cuiuslibet seminis quedam magna res est. horror est consideranti. Sed quia homines in aliud intenti perdiderunt consideracionem operum dei in qua darent laudem cottidie creatori tamquam servavit sibi deus inusitata quedam que faceret ut tamquam dormientes homines ad se colendum mirabilibus excitaret. mortuus resurrexit mirati sunt homines tot cottidie nascuntur nemo miratur. Si consideremus prudencius maioris miraculi est esse qui non erat quam reviviscere

qui erat. Idem tamen deus pater
domini nostri ihesu christi per verbum su
um fecit hec omnia et regit q
creavit. Priora miracula fecit
per verbum suum deum apud se. Po
steriora miracula per ipsum
verbum suum incarnatum et
propter nos hominem factum. Si
cut miramur que facta sunt per
hominem ihesum miremur que
facta sunt per dominum ihesum.
Per dominum ihesum facta sunt
celum terra mare omnis or
natus celi opulentia terre fe
cunditas maris. Omnia hec
que oculis adiacent per ihesum
dominum facta sunt. Et videmus hec
et si est in nobis spiritus illius
sic nobis placent ut artifex
laudetur laudetur non ut ad
opera conversi ab artifice aver
tamur et faciem quodammodo in
ponentes ad ea que fecit dor
sum ponamus ad eum qui fe
cit et hec quidem videmus et
adiacent oculis quid illa que
non videmus. Sicut sunt an
geli virtutes potestates domina
tiones omnisque habitator fabrice
huius supercelestis non adiacent
oculis nostris. Quamquam sepe an
geli quando oportuit demonstraverunt
se hominibus. Nonne deus fecit
et per verbum suum id est unicum
filium suum dominum nostrum ihesum christum
fecit hec omnia. Quid ipsa hu
mana anima que non videtur
et per opera que exhibet in
carne magnam prebet ad
mirationem bene considerantibus
a quo facta est nisi a deo
Et per quem facta est nisi per
filium dei. Non dum dico de anima
hominis. Cuiuslibet pecoris
anima quomodo regit molem suam
sensus omnes exerit oculos
ad videndum aures ad audiendum
nares ad percipiendum odorem
oris iudicium ad sapores dis
cernendos membra denique
ipsa ad peragenda officia sua.
Numquid hec corpus et non
anima id est habitatrix corporis
agit nec tamen videtur oculis
et ex hiis que agit admira
tionem movet. Accedit iam
consideratio tua ad animam
humanam cui tribuit deus
intellectum cognoscendi cre
atorem suum dinoscendi et
distinguendi inter bonum
et malum hoc est inter iu
stum et iniustum. Quanta agit
per corpus. Attendite universum
orbem terrarum ordina
tum in ipsa humana re pub
blica quibus administrationi
bus quibus ordinibus potestatum
conditionibus civitatum mori
bus legibus artibus. Hoc to
tum per animam geritur
et hec vis anime non videtur.
Cum subtrahitur corpori cadaver
iacet. Cum autem adest cor
pori primo condit quodam
modo puto res corruptibiles
etenim omnis caro in putre
dines defluit nisi quodam
condimento anima teneatur.
Sed hoc commune illi cum pecoribus.
Anima illa magis miranda que
dixi que ad mentem et in
tellectum pertinet. Ubi etiam
ad ymaginem creatoris sui

84

renouatur ad cuius ymagine
factus est homo Quid erit h
uis anime cum et corpus h
induerit incorruptionem et mor
tale h' induit in mortalitatem
Si tanta fit per carnem cor
ruptabilem quid fit per cor
spale post resurrectionem mor
tuorum hec tamen anima ut di
xi admirabilis nature atque
substancie invisibilis res est
et intelligiblis Et hec tamen
per ihm deum facta est quia
ipe est verbum dei Omnia
per ipm facta sunt et sine ipo
factum est nichil· Cum tanta
ergo videamus facta per dm
ihm quid miramur aquam
in vinum conuersam per hoiem
ihesum neque enim sic factus
est homo ut perderet quod de
erat Accessit homo n amissus
est deus Ipe ergo fecit hoc q
illa omnia Non itaque miremur
quia deus fecit sed amemus q
inter nos fecit et propter nram
reparacoim fecit Aliquid enim et
in ipis factis innuit nobis
puto quia non sine causa ve
nit ad nupcias excepto mi
raculo aliquid et in ipso facto
misterii et sacramenti latet
Pulsemus et aperiat de vino
invisibili inebriet nos quia
et nos aqua eramus et vinu
nos fecit Sapientes enim fidei
spuus qui prius insipientes
eramus Et forte ad ipam sa
pienciam ptinet et cum hore
dei et cum laude maiestatis
eius et cum caritate potentis
sime mie eius intelligere quid

sit gestum in hoc miraculo do
minus invitatus ad nupcias ve
nit Quid mirum si in illam
domum ad nupcias venit qui i
hunc mundum ad nupcias
venit Si enim non venit ad
nupcias non hic het sponsam
Et quid est quod dicit aplus
Apaui uos vni viro virginem
castam exhibere xpo Quid e
q timet ne virginitas sponse
xpi· per astuciam dyaboli cor
rumpatur timeo inquit ne
sicut serpens evam seduxit astu
cia sua sic et vre mentes a sim
plicitate et castitate q est in
xpo corrumpantur Habet er
go hic sponsam quam redemit
sanguine suo et cui pignus de
dit spm sanctum eruit eam
de mancipatu dyaboli Mortu
us est propter delicta eius resur
rexit propter iustificacionem eius
Quis offert tanta sponse sue
Offerant homines quelibet or
namenta terrarum aurum ar
gentum lapides preciosos equos
mancipia fundos predia nu
quit aliquis offert sanguinem
nem suum Si enim sanguinem
suum sponse dedit quis ducat vxo
rem Dominus autem securus
moriens dedit sanguinem
suum pro ea q resurgens habe
quam sibi iam coniunxerat
in utero virginis Verbum
enim sponsus et sponsa caro
humana et vtrumque vnus
filius dei et idem filius hois
vbi factus est caput eccle il
le uterus virginis marie tha
lamus eius inde processit tanquam

sponsus de thalamo suo. Sicut
scriptura predixit et ipse tamquam
sponsus procedens de thalamo
suo Exultavit ut gigas ad
currendam viam. De thalamo
processit velut sponsus et invi
tatus venit ad nuptias. Certi
sacramenti gratia videtur ma
trem de qua sponsus processit non
agnoscere et dicere illi Quid
michi et tibi est mulier. no
ndum venit hora mea. Quid
est hoc. Ideo venit ad nuptias
ut doceret matres contemp
ni. Utique ad cuius nuptias ve
nerat ideo ducebat uxorem ut
filios procrearet et ab eis quos
ut procrearet optabat utique
honorari cupiebat. Ille ergo
venerat ad nuptias ut exho
noraret matrem cum propter
filios ducendos quibus iubet red
dere honorem parentibus impe
rat deus ipse ut nuptie cele
brentur et ducantur uxores
Procul dubio fratres latet ibi
aliquid. Nam tanta res est
ut illi ad quos cavendos pre
monuit apostolus sicut supra co
memoravimus dicens Timeo ne
sicut serpens evam seduxit
astutia sua. sic et vestre mentes
corrumpantur a simplicitate et
castitate que est in christo derogantes
evangelio et dicentes quod ihesus
non sit natus de maria vir
gine. hinc argumentum su
mere conarentur erroris sui
ut dicerent Quo erat mater
eius cui dixit Quid michi et tibi est
mulier. Intendendum est ergo
eis et considerandum quare
hoc dixerit dominus ne sibi aliquid
adversus sanam fidem insani
entes invenisse videantur. Ut
sponse virginis castitas cor
rumpatur id est unde fides eius
violetur. Revera enim fides cor
rumpitur fides eorum qui ponit
mendacium vitari. Nam isti
qui videntur sic honorare christum
ut negent eum carnem habuisse
nichil aliud eum quam men
dacem predicant. Qui ergo
mendacium edificavit in ho
minibus quid ab eis expellunt nisi
veritatem. immittunt dyabolum
excludunt christum. Inmittunt
adulterum excludunt sponsum
Paranimphi scilicet vel potius
lenones serpentis. Ad hoc enim
loquuntur ut serpens possideat
christus excludatur. Quo possi
det serpens. Ubi possidet men
dacium. Ubi possidet falsitas
serpens possidet. Ubi possidet
veritas christus possidet. Ipse enim
dixit Ego sum veritas. De illo
autem dixit Et in veritate non
stetit quia veritas non est in eo
Sic est autem veritas christus ut
totum verum accipias in christo
Verum verbum deus equalis pa
tri vera anima vera caro verus
homo verus deus vera nativitas
vera passio vera mors vera re
surrectio. Si aliquid horum di
xeris falsum intrat putredo
de veneno serpentis nascuntur
vermes mendaciorum et nichil
integrum remanebit. Quid
est ergo inquit quod ait dominus
Quid michi et tibi est mulier
Forte in eo quod sequitur ostendit.

nobis. Quare hoc dixit Nondum inquit venit hora mea. Dixit enim ait Quid michi et tibi est mulier nondum venit hora mea. Et hoc cur dictum sit requirendum est. Prius ergo hinc resistamus hereticis quos dicis serpens vetriosus venenorum insibilator et inspirator antiquus. Quid dicis non habuit matrem feminam ihesus. Unde probas? Quia dixit [illegible] Quid michi et tibi est mulier. Quis hoc narravit ut credam quia hoc dixit? Quis hoc narravit? Nempe Johannes ewangelista. Et ipse iohannes ewangelista dixit Et erat ibi mater ihesu. Nam ita narravit: Altera die nuptie facte sunt in chana galilee et erat ibi mater ihesu. Venerat autem illuc invitatus ad nuptias cum discipulis suis. Teneamus duas sententias ab ewangelista prolatas. Erat ibi mater ihesu evangelista dixit. Quid dixerit matri sue ihesus ipse evangelista dixit. Et quo dixit respondisse matri sue ihesum ut primo diceret Ait illi mater eius. Videte fratres ut adversus linguam serpentis muniatur virginitatem cordis vestri. Illic in ipso evangelio eo ipso ewangelista narrante dicitur Erat ibi mater ihesu et dixit illi mater eius. Quis hoc narrat? Johannes ewangelista. Et quid respondit matri ihesus? Quid michi et tibi est mulier. Quis hoc narrat? Idem ipse Johannes ewangelista. O evangelista fidelissime et veracissime, tu michi narras dixisse ihesum Quid michi et tibi est mulier. Cur ei adposuisti matrem quam non agnoscit? Nam tu dixisti quia ibi erat mater ihesu et quia dixit ei mater eius. Cur non potius dixisti Erat ibi maria Et dixit ei maria? Utrumque tu narras Et dixit ei mater eius Et respondit ei ihesus Quid michi et tibi est mulier. Quare hoc nisi quia utrumque verum est. Illi autem in eo volunt credere ewangeliste quod narrat ihesum dixisse matri Quid michi et tibi est mulier et in eo nolunt credere ewangeliste quod ait Erat ibi mater ihesu Et dixit ei mater eius. Quis est autem qui resistit serpenti et tenet veritatem? Cuius virginitas cordis non corrumpitur astutia dyaboli qui utrumque verum credit. Et quia erat ibi mater ihesu Et quia illud respondit matri ihesus sed nondum intelligit quemadmodum dixit ihesus Quid michi et tibi est mulier. Interim credat quod dixerit et quod matri dixerit. Sit primo pietas in credendo et erit fructus in intelligendo. Interrogo vos o fideles christiani Erat ibi mater ihesu? Respondete Erat. Unde scitis? Respondete Hoc loquitur ewangelium. Quid respondit matri ihesus? Respondete Quid michi et tibi est mulier nondum venit hora mea. Et hoc unde scitis? Respondete hoc loquitur evangelium. Nullus vobis corrumpat hanc fidem si vultis servare sponso virginitatem castam.

Si autem queritur a nobis cur
hoc matri responderit. dicat qui in
telligit qui autem nondum in
telligit firmissime tamen cre
dat et hoc respondisse et tamen
matri respondisse ihesum. Ac pietate
te merebitur etiam intelligere
cur ita responderit. Si orando
pulset non rixando cedat. custodi
um veritatis tamen caueat ne dum
se putat scire aut erubescit
nescire cur ita responderit co
gatur credere aut euangeli
stam fuisse mentitum qui ait
Erat ibi mater ihesu aut ipsum
xpm falsam mortem passum
propter delicta nostra. et falsas ci
catrices ostendisse propter iustificati
onem nostram falsumque dixisse
si manseritis in verbo meo. vere
discipuli mei eritis et cogno
scetis veritatem. et veritas liberabit
vos. Si enim falsa mater. falsa
caro. falsa mors. falsa vulnera
passionis. false cicatrices resur
rectionis non veritas credentes
in eum. sed potius falsitas
liberauit. Immo vero cedat fal
sitas veritati. Et confundantur
omnes qui propterea volunt se
videri veraces quia xpm co
nantur demonstrare fallacem
et nolunt sibi dici non vobis
credimus quia mentimini cum ipsam
veritatem dicant esse mentitam.
Quibus tamen si dicamus. vnde
nostis dixisse xpm. Quid michi
et tibi est mulier. Euangelio se cre
didisse respondent. Cur ergo non cre
dunt euangelio dicenti. Erat ibi
mater ihesu et dixit ei mater
eius. Aut si hoc mentitur eu
angelium quo ei creditur quod
dixerit xpus. Quid michi

et tibi est mulier. Cur non potius
miseri et quod ita non extrane
e. sed matri dominus responderit fi
deliter credunt. Et cur ita re
derit pie querunt. Multum
enim interest inter eum qui
dicit volo scire quare xpus hoc
matri responderit et eum qui di
cit scio quod hoc xpus non matri
responderit. Aliud est intelligere
velle quod clausum est. Aliud
nolle credere quod apertum est.
Qui dicit scire volo. cur ita
xpus matri responderit. Aperiri
sibi vult euangelium cui cre
dit. Qui autem dicit scio hoc
quod hoc xpus non matri respon
derit. Ipsum euangelium arguit de
mendacio vbi credidit quod xpus
ita responderit. Iam ergo si placet
fratres illis repulsis et in
sua cecitate semper erranti
bus nisi humiliter sanentur nos
queramus quare dominus noster sic
matri responderit. Ille singulariter
natus de patre sine matre de
matre sine patre. Sine matre
deus sine patre homo. Sine ma
tre ante tempora. Sine patre
in fine temporum. Quid est matri
Et quia erat ibi mater ihesu
Et dixit ei mater eius hoc
totum euangelium loquitur. Illic
nouimus quia erat ibi mater
ihesu vbi nouimus quod dixit
ei. Quid michi et tibi est mulier
nondum venit hora mea. To
tum credamus et quod nondum
intelligimus requiramus. Et
primo hoc videte ne forte quo
inuenerunt manichei occasionem
perfidie sue quia dixit dominus
Quid michi et tibi est mulier.
Et sic inueniant mathematici

occasionem fallacie quia dixit nondum venit hora mea. Et si hoc secundum mathematicos dixit sacrilegium fecimus incendendo codices eorum. Si autem recte fecimus sicut apostolorum temporibus factum est non secundum eos dixit dominus Nondum venit hora mea. Dicunt enim vaniloqui et seducti et seductores Vide quia sub fato erat xpus quia dixit nondum venit hora mea. Quibus ergo prius respondendum est hereticis an mathematicis. Utrique enim a serpente illo veniunt volentes corrumpere virginitatem cordis ecclesie que habet in integra fidem. Primo si placet eis quos proposueramus quibus quidem iam ex magna parte respondimus. Sed ne arbitrentur nos non habere quid dicamus de hiis verbis que dominus matri etc. vos magis adversus illos instruimus. Nam illis refellendis puto quod sufficiant que iam dicta sunt. Cur ergo dixit matri filius domine Quid michi et tibi est mulier nondum venit hora mea. Dominus noster ihesus xpus deus erat et homo. Secundum quod deus erat matrem non habebat. Secundum quod homo erat habebat. Mater ergo erat carnis mater humanitatis mater infirmitatis quam suscepit propter nos. Miraculum quod facturus erat secundum divinitatem facturus erat non secundum infirmitatem. Secundum quod deus erat non secundum quod infirmus natus erat. Sed infirmum dei fortius est hominibus. Miraculum ergo exigebat mater. Ille tamquam non agnoscens viscera humana operaturus facta divina tamquam diceret Quod de me fiat miraculum non tu genuisti divinitatem meam non tu genuisti sed quia genuisti infirmitatem meam tunc te cognoscam cum ipsa infirmitas pendebit in cruce. Hoc est enim nondum venit hora mea. Tunc enim cognovit quia utique semper noverat et antequam ex illa natus esset. In predestinatione noverat matrem et antequam ipse deus crearet de qua ipse homo crearetur noverat matrem. Sed ad quandam horam ministerio non agnoscit et ad quandam horam que nondum venerat ministerio rursum agnovit. Tunc enim agnovit quando illud quod peperit moriebatur. Non enim moriebatur per quod facta erat maria sed moriebatur quod factum erat ex maria. Non moriebatur eternitas divinitatis sed moriebatur infirmitas carnis. Illud ergo respondit discernens in fide credentium qua quis venerat. Venit enim per matrem feminam deus et dominus celi et terre. Secundum quod dominus mundi. Secundum quod dominus celi et terre dominus utique et marie. Secundum quod creator celi et terre creator et marie. Secundum autem quod dictum est factus ex muliere factus sub lege filius marie ipse dominus

Nō

marie ipse filius marie ipse cre
ator marie · ipse creatus ex
marie Noli mirari quia et
filius et dominus Sicut n
filius marie ita dauid dicitur
est filius Et ideo dauid filius
quia marie filius Audi aplm
apte dicentem Qui factus est
ei ex semine dauid secundum
carnem Audi eum et domini
dauid dicat hoc ipse dauid Di
xit dominus domino meo sede
ad dexteram mea Et ipse ihs
hoc proposuit iudeis et inde eos
conuincit Quo autem dauid
filius et dominus filius dauid
sm carnem Dns dauid sm
diuinitatem Sic marie fili
us secundum carnem et ma
rie dns sm maiestatem qz
ergo non erat illa mater diui
tatis Et per diuinitatem fu
turum erat miraculum quod
petebat per ei Quid michi
et tibi est mulier Sz ne pu
tes quod te negem matrem nondu
venit hora mea Ibi enim te
agnoscam · cum pendere in cruce
infirmitas cepit cuius mater
es Probemus si verum est quoniam pas
sus est dominus sicut idem eu
angelista dixit · qui nouerat
matrem domini et qui nobis in
sinuauit etiam in hijs nup
cijs matrem domini ipse nar
rat Erat inquit illic circa
crucem mater ihu et ait ihs
matri sue Mulier ecce filius
tuus Et ad discipulum Ecce
mater tua Commendat matrem
discipulo Commendat matrem

prior matre moritur et an
te mortem matris resurrecturus
Commendat homo homini homo
hoc pepererat maria Illa ho
ram venerat de qua tunc
dixerat Nondum venit ho
ra mea Quantum arbitror fra
tres sensum est hereticis mathe
maticis Videamus et ipsi
vnde conantur conuincere
quia sub fato erat ihus quia
ipse ait inquiunt Nondum venit
hora mea Ergo illi credimus
et si dixisset horam non habe
o exclusisset mathematicos
Sz ecce inquiunt Ipse dicit
nondum venit hora mea Si
ergo dixisset horam non habeo
exclusisset mathematicos
non esset vnde calumpniaretur
Nunc vero quia dixit Non
dum venit hora mea Con
tra ipsius verba quid possumus
dicere Mirum est quod mathe
matici credendo verbis xpi co
nantur conuincere xpianos quod
sub hora fatali vixerit xpus
Credant ergo xpo dicenti
potestatem habeo ponendi ani
mam meam et potestatem habeo
iterum sumendi eam Nemo
tollit eam a me sed ego pono
eam a meipso et iterum sumo
eam Ergo ne ista potestas sub
fato est Ondant hominem
qui potestatem habet quando mori
atur quamdiu viuat omnino
non ondunt Credant ergo
deo dicenti potestatem habeo
ponendi animam meam et
iterum sumendi eam Et quant

quare sit dictum. Nondum enim
venit hora mea Nec ideo iam
sub fato ponant conditorem
celi creatorem atque ordinatorem
syderum quia si esset fatum
de sideribus non poterat esse
sub necessitate syderum. condi
tor syderum. Adde quod non solum
xpus non habuit quod appellas
fatum Sed nec tu aut ille et
ego aut quisquam hominum Veru
tamen seducti seducunt et po
nunt fallacias hominibus ten
dunt laqueos ad capiendos
homines et hoc in plateis Illi
qui tendunt ad capiendas
feras vel in siluis aut in soli
tudine id agunt quam infelici
ter vani sunt homines quibus
capiendis in foro tenditur nu
mos accipiunt cum se homines
hominibus vendunt Dant isti
nummos ut se vanitatibus ven
dant Intrant enim ad mathe
maticos ut emant sibi dominos
quales mathematico dare
placuit vel saturnum vel iouem
vel mercurium vel si quid ali
ud sacri legi nominis Intrat
liber ut nummis datis seruus
exiret Immo uero non intraret
si liber esset Sed intrauit quo
eum dominus error et domina
cupiditas traxit Unde et veri
tas dixit Omnis qui facit
peccatum seruus est peccati
Quare ergo dixit Nondum
venit hora mea Magis quia
in potestate habebat quando moreretur
nondum videbat esse oppor
tunum ut illa potestate vteretur
quo nos fratres verbi gratia

sic loquimur Iam certa hora
est qua exeamus ut celebre
mus sacramenta Si ante
exeamus quam oportet est nonne
peruersi et preposteri sumus
Quia ergo non facimus nisi
cum oportunum est propterea in
hijs agendis cum ita loquimur
fatum consideramus Quid
ergo Nondum venit hora
mea Quando ergo oportuit
me scio pati quando passio mea
utilis erit Quando veniet
ipsa hora tunc voluntate
patiar Utrumque verum est
Et nondum venit hora mea
Et potestatem habeo ponendi ani
mam meam et iterum sume
di eam Venerat ergo habens
in potestate quando moreretur At si
ante moreretur quam discipu
los elegisset certe preposterum
esset Si esset homo qui non
haberet in potestate horam suam
posset ante mori quam discipu
los elegisset Et si forte more
retur iam electis eruditisque
discipulis prestaretur ei non
ipse hoc faceret At uero qui
venerat in manu habens
quando iret quando rediret quousque
excurreret cui paterent inferi
non tantum morienti sed et
resurgenti ut nobis ostenderet
spem immortalitatis ecclesie
sue in capite ostendit quod in
membris expectare debent Resur
rexit etiam in ceteris membris
qui resurrexit in capite Ho
ra ergo nondum venerat oppor
tunitas nondum erat Uocandi
erant discipuli ad mutandum

erat regnum celorum facien(do)
erant uirtutes. commendanda
erat diuinitas domini in mi
raculis commendanda erat hu
manitas domini in ipsa com
passione mortalitatis. Ille enim
qui esuriebat quia homo erat
pauit quinque panibus tot mil
lia quia deus erat. Qui dormi
ebat quia homo erat uentis
et fluctibus imperabat quia
deus erat. H.. Hec omnia comme
danda erant prius ut esset quod
scriberent euangeliste quod
predicaretur ecclesie. At ubi tan
tum fecit quantum sufficere iudicau(it)
Venit hora non necessitatis
sed uoluntatis. non condicionis
sed potestatis. Quid ergo fratres
quia et illis et illis credimus
nichil dicemus. Quid sibi ue
lint hydrie. Quid aqua in ui
num conuersa. Quid architricli
nus. Quid sponsus. Quid ma
ter in mysterio. Quid ipse nup
tie. Dicenda sunt omnia sed
onerandi non estis. Volui qui
dem in nomine Christi et hesterno
die quo solet sermo deberi ca
ritati uestre id agere uobiscum
sed non sum permissus necessi
tatibus quibusdam impedien
tibus. Si ergo placet sanctitati
uestre hoc quod ad mysterium pertinet
huius facti in crastinum dif
feramus et non oneremus et
uestram et nostram infirmitatem.
Sunt forte hodie multi qui
propter sollempnitatem diei non
propter audiendum sermonem con
uenerunt. Crastinoque uenient
ueniet auditur ut nec fraude(mus)

studiosos nec grauemus fastidiosos
hec eo loco uerba. Incipit omelia
Mater dicit ministris. nona beati
Augustini
Quodcumque dixerit uo- in epistola
bis facite usque ad id quod- sto
ait. Implete hydrias aqua. pi
et impleuerunt eas usque ad summum.

Adsit dominus deus me
us ut donet nobis red
dere quod promisimus.
Hesterno enim die
si meministis sancti
tas uestra cum temporis exclu
derem angustia ne sermonem
inchoatum implerem inho
dierum distulimus ut ea que
in hoc facto euangelice lectio
nis mystice in sacramentum po
sita essent ipso adiuuante ape
rirentur. Non ita quod opus
est iam immorari diutius in
commendando miraculo dei. Ipse
est enim deus qui per uniuersam
terram uel creaturam cottidiana
miracula facit que hominibus
non facilitate sed assiduitate uilu
erunt. Rara autem que facta sunt
ab eodem domino id est a uerbo
propter nos incarnato maiorem stu
porem hominibus attulerunt.
Non quia maiora erant quam
sunt ea que cottidie in creatura fac(it)
sed quia ista que cottidie fiunt
tamquam naturali cursu per
aguntur. Illa uero efficacia pote
ntie tamquam presentis exhibuisse
uidetur oculis hominum. Dixi
sicut meministis. Resurrexit mor
tuus. uiuus obstupuerunt homines
cum cottidie nascantur qui non erant
nemo miretur. Sic aquam in uinum

uersam quis non miretur cum
hoc annis omnibus deus in uiti-
bus faciat. Sed quia omnia que
fecit dominus deus ihesus non
solum valent ad excitanda cor-
da nostra miraculis sed etiam ad
edificanda in doctrina fidei scru-
tari nos oportet quid sibi ve-
lint omnia idest quid significa-
uerint. Horum enim omnium
significaciones sicut recorda-
mini in diem hodiernum distuli-
mus. Quod dominus inuitatus
venit ad nupcias etiam ex-
cepta mistica significacione con-
firmare voluit quod ipse fecit.
Futuri enim erant de quibus
dixit apostolus prohibentes nu-
bere et dicturi quod malum essent
nupcie et quod dyabolus eas
fecisset cum idem dominus di-
cat in euangelio interrogatus
Utrum liceat homini dimittere
uxorem suam ex qualibet causa
non licere excepta causa for-
nicacionis. In qua responsione si
meministis hoc ait. Quod deus
coniunxerit homo non separet.
Et qui bene eruditi sunt in fide
catholica nouerunt quod deus
fecerit nupcias et sicut con-
iunctio a deo ita diuorcium a
dyabolo fit. Sed propterea in cau-
sa fornicacionis licet uxorem
dimittere quia ipsa esse uxor
prima noluit. Que fidem co-
niugalem marito non seruat.
Nec ille qui eciam castitatem deo
vouit quam qui ampliorem
gradum honoris et sanctitatis
in ecclesia teneant sine nup-
ciis sunt. Nam et ipse pertinent

ad nupcias. Cum tota ecclesia in
quibus nupciis sponsus est xpistus.
Ac per hoc ergo dominus in-
uitatus venit ad nupcias ut
castitas coniugalis firmaretur
et ostenderetur sacramentum nup-
ciarum quia et illarum nup-
ciarum sponsus personam do-
mini figurabat cui dictum
est. Seruasti vinum bonum usque
adhuc. Bonum enim vinum xpistus
seruauit usque ad huc idest euan-
gelium suum. Iam enim in-
cipiamus ipsa sacramentorum
operta detegere quantum ille do-
nat in cuius nomine vobis pro-
misimus. Erat prophetia anti-
quis temporibus et prophetie
dispensatione nulla tempora
cessauit. Sed ad illa prophetia
quando in illa xpistus non intellige-
batur aqua erat. In aqua enim
vinum quodammodo latet dicit
apostolus. Quid intelligimus in
ista aqua usque ad hodiernum in-
quit diem quamdiu legitur mo-
yses idipsum uelamen super cor
eorum positum est quod non
reuelatur quia in xpisto euacuatur.
Et cum transieris inquit ad
dominum auferetur velamen.
Velamen dicit adopcione prophe-
cie ut non intelligeretur. Tolli-
tur velamen cum transieris ad
dominum sicut tollitur insipiencia
cum transieris ad dominum et quod aqua
erat vinum tibi fit. Lege libros
omnes propheticos non intellecto
xpo. Quid tam insipidum et
fatuum inuenies. Intellige
ibi xpm. Non solum sapit quod
legis sed etiam inebriat mutans

mentem a corpore ut preterita
obliuiscens mea que ante sunt
extendar erg͡o pphecia ab an
tiquis temporibus Ex quo prorsus
currit ordo nascencium in gene
humano de xpo non tacuit Nec oc
cultum ibi erat Adhuc enim ag
erat Unde probamus q omnibus
temporibus superioribus usque ad e
tatem qua dominus venit pphecia
de illo non defuit ipso domino di
cente Cum enim resurrexisset
a mortuis inuenit discipulos
dubitantes de ipso quem secuti
erant · Viderunt enim eum mor
tuum et non sperauit resurrectu
rum et tota spes eorum conci
dit Unde ille latro laudatus ipso
die meruit esse in paradyso · quia in
cruce fix⁹ · tunc confess⁹ est xpm qn
de illo discipuli dubitauerunt Ergo
inuenit eos musitantes · et quo
dammodo arguentes seipsos · q in i⁰
redempcionem sperauerant dole
bant tamen eum sine culpa oc
cisum Quia nouerant innocen
tem · et h⁹ ipi p⁹ resurreccionem dixerunt
cui qsdam eorum tristes inueniret in
via · Tu solus peregrinaris ab irlm
et non cognouisti que facta sunt i
illa istis diebus Ille aut dix · ill
Que Illi aut dixerunt de ihu na
zareno qui fuit vir ppha potens
in factis et dictis in conspectu dei
et vniuersi ppli quo hunc tradi
derunt sacerdotes et principes nri
in dampnacionem mortis et crucifi
xerunt eum · Nos autem sperabam⁹
quia ipse fuit qui redempturus
qui redempturus erat isrl Et
nunc tercia dies est hodie ex quo

hec facta sunt hec atque alia
cum dixisset vnus ex duobus
quos inuenit in via euntes
ad ppinquum castellum R ipse
et ait O insensati et tardi cor
de ad credendum super omnia
que eloquuti sunt pphete No
ne h oia oportebat pati xpm
et intrare in claritatem sua
Et fuit incipiens a moyse et
omnib⁹ pphetis interpretans il
lis in omnibus scripturis q
de eo erant Item alio loco cu
etiam manibus discipulorum
se palpari voluit ut crederent
q in corpore resurrexerit Hy
sunt inquit sermones quos
locutus sum ad vos cum adhuc
essem vobiscum · quia oporte
bat impleri omnia q scripta sunt
in lege moysi et pphetis et
psalmis de me · Tunc aperuit
illis sensum ut intelligerent
scripturas et dixit illis quia
sic scriptum est Oportebat
pati xpm et resurgere ex mor
tuis tercia die et predicari in
nomine eius penitencia in re
missionem peccatorum in omnes
gentes incipiens ab irlm Hys
ex eum⁹ q certe manifesta sunt
intellectus patebit i⁹ oia mysteria
que in i⁰ miraculo dni latent
Videte quid ait quia oporte
bat impleri in xpo q de eo scripta
sunt Ubi scripta sunt In lege moysi
et pphetis et psalmis · Nichil scrip
turarum veterum ptinuit il
la erat aqua et ideo dicti sunt
illi a domino insensati quia
eis adhuc aqua sapiebat no

vinum. Quo autem fecit de aqua
vinum cum aperuit eis sensum
et exposuit eis scripturas inci-
piens a moyse per omnes prophetas.
Unde eciam iam inebriati dice-
bant. Nonne cor nostrum erat ardens
in via cum aperiret nobis scrip-
turas. intellexerunt enim christum
in hiis libris in quibus eum non
noverant. Mutavit ergo aquam
in vinum dominus noster ihesus christus
et sapit quod non sapiebat
inebriat quod non inebriabat.
Si enim iussisset inde aquam
effundi et sic ipse mitteret vinum
ex occultis creature sinibus.
Unde fecit panem quo satura-
vit tot milia. Non enim quinque
panes habebant quinque milia
hominum saturitatem. aut saltem
duodecim cophinos plenos
sed omnium potencia domini quasi
fons panis erat. sic posset et
et effusa aqua vinum infun-
dere. Quod si fecisset videretur
scripturas veteres improbas-
se. Cum autem ipsam aquam
convertit in vinum. Ostendit nobis
quod et scriptura vetus ab ipso
est. Nam iussu ipsius implete
sunt hydrie. ab illo quidem et illa
scriptura. Sed nichil sapit si
non ibi christus intelligatur.
Intendite autem quod ipse
ait que sunt in lege et prophetis
et psalmis de me. Novimus autem
legem ex quibus temporibus
narret. idem ab exordio mundi.
In principio deus fecit celum
et terram. Inde usque ad hoc tempus
quod nunc agimus sexta etas
est quod sepe audistis et nostis.
Nam prima etas computatur

ab adam usque ad noe. Secunda usque 2
quoque ad abraham et sicut matheus
evangelista per ordinem sequitur
et distinguitur. Tercia ab abra- 3
ham usque ad david. Quarta a da- 4
vid usque ad transmigracionem baby-
lonie. Quinta a transmigracione 5
babylonie usque ad iohannem bap-
tistam. Sexta abinde usque ad fi- 6
nem seculi. propterea et sexta die
fecit deus hominem ad ymaginem
suam quia sexta ista etate mani-
festatur per evangelium refor-
macio mentis nostre secundum y-
maginem eius qui creavit nos.
Et convertitur aqua in vinum ut ia-
manifestatum christum in lege et prophe-
tis sapiamus. Ideo erant ibi sex
hydrie quas iussit impleri aqua.
Sex ergo ille hydrie sex etates
significant quibus non defuit prophe-
cia. Illa ergo tempora sex quasi ar-
ticulis distributa atque distincta
quasi vasa essent inania nisi a
christo implerentur que ut dixi
tempora quasi inaniter currerent
nisi in eis dominus ihesus predicaretur.
Implete sunt prophecie plene sunt
hydrie. Sed ut aqua in vinum con-
vertatur in illa tota prophecia christus
intelligatur. Quid est ergo quod
capiebant metretas binas vel
ternas. Misterium nobis ma(g)is pre
locucio ista commendat. Metretas
enim dicit mensuras quasdam
tamquam si diceret urnas ampho-
ras vel siquid huiusmodi nomen
mensure est metreta a mensu-
ra accepit nomen ista mensura.
Metron enim mensuram dicunt
greci. Inde appellate metrete. Ca-
piebant ergo metretas binas
vel ternas. Quid dicimus fratres

Si ternas tantum diceret non
curreret animus noster nisi ad mi
sterium trinitatis Sed forte nec sic
debemus inde cito iam sensum
avertere quia dixit binas vel
ternas quia nominato patre et fi
lio consequenter et spiritus sanctus
intelligendus est Spiritus
enim sanctus non est patris
tantum aut filii tantum sed spiritus
sed patris et filii spiritus Scriptum
est enim Si quis dilexerit mu
dum non est spiritus patris in illo
Item scriptum est Quisquis
autem spiritum christi non habet
hic non est eius Idem autem
spiritus et patris et filii est
Nominato itaque patre et filio in
telligitur et spiritus sanctus quia
spiritus est patris et filii Cum
autem nominantur pater et filius ta
quam due metrete nominantur
Cum autem ibi intelligitur
et spiritus sanctus tres metrete
Ideo non dictum est capiebant
metretas alie binas alie ter
nas Sed ipse sex hydrie capie
bant metretas binas vel ter
nas tamquam diceret Et
quando dico binas etiam spiritum pa
tris et filii cum his intelli
gi volo Et quando dico ternas ipsam
trinitatem manifestius nuncupo
Quisquis ergo nominat patrem
et filium oportet ibi ut intelli
gat tamquam caritatem invicem
patris et filii quod est spiritus sanctus
Fortassis enim discusse scripture
quod non sic dico et hoc docere
possum aut quasi aliud in
veniri non posset Sed tamen
fortasse scrutate scripture

non dicant quod spiritus sanctus
caritas est · et ne putetis vi
lem esse caritatem Quomodo autem
vilis est quando omnia que dicun
tur non vilia · sed cara dicuntur
Si ergo que non sunt vilia
cara sunt Quid est carius
ipsa caritate Sic autem comme
datur caritas ab apostolo ut di
cat Super eminentiorem viam
vobis demonstro Si linguis
hominum loquar et angelorum
caritatem autem non habeam
factus sum ut eramentum
sonans aut cymbalum tinni
ens · Et si sciero omnia sacra
menta et omnem scientiam et si habuero
prophetiam et omnem fidem
ita ut montes transferam
caritatem non habeam nichil
sum Et si distribuero omnia
mea pauperibus et tradidero
corpus meum ut ardeam ca
ritatem non habeam nichil
michi prodest Quanta est
ergo caritas · que si desit frustra
habentur cetera Si adsit
habentur omnia · Tamen cari
tatem laudans beatus apostolus
paulus copiosissime atque
uberrime minus de illa dixit
quam quod ait breviter apostolus
Johannes cuius est hoc eu
angelium neque enim dubitavit
dicere deus caritas est Scrip
tum etiam est quia caritas dei
diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est
nobis Quis ergo nominet
patrem et filium et non ibi
intelligat caritatem patris
et filii quam cum habere ceperit

spiritum sanctum habebit quia si non habuit
sine spiritu sancto erit. Et quod corpus
tuum sine spiritu tuo quod
est anima tua si fuerit mortuum
est. Hoc anima tua sine spiritu sancto
id est sine caritate sic fuit mortua
deputabitur. Ergo metretas
capiebant hydrie quia in omnium
temporum prophetia pater et filius pre
dicatur. Sed ibi est spiritus sanctus
ideoque adiunctum est vel ter
nas. Ego et pater inquit unum
sumus. Sed absit ut desit spiritus
sanctus ubi audimus Ego et
pater unum sumus tamen quia patrem et
filium nominavit. Capiant
hydrie binas metretas sed au
di vel ternas. Ite baptisate gen
tes in nomine patris et filii
et spiritus sancti. Itaque in eo quod
dicuntur bine non exprimitur
sed intelligitur. In eo vero quod
dicuntur vel terne etiam ex
primitur trinitas. Sed est
et alius intellectus non pre
mittendus et ipsum dicam. Eli
gat quisque quod placet nobis
quod suggeritur non subtra
himus mensa enim domini est et
non oportet ministrum frau
dare convivas. Presertim sic
esurientes ut apparet avidi
tas vestra. Prophetia que ab anti
quis temporibus dispensatur
ad salutem omnium pertinet gen
tium. Ad solum quidem populum
israhel missus est moyses
et ei soli populo per eum lex da
ta est et ipsi prophete ex illo po
pulo fuerunt et ipsa distribu
tio temporum. Secundum eundem populum distinc
ta est unde et hydrie dicuntur

secundum purificationem iudeorum.
Sed tamen quod illa prophetia etiam
ceteris gentibus annunciabatur
manifestum est quandoquidem christus
in ea occultus erat in quo bene
dicentur omnes gentes sicut
promissum est abrahe dicente
domino In semine tuo benedicentur
omnes gentes. Nondum autem
intelligebatur quia nondum
aqua conversa fuerat in vinum.
Ergo omnibus gentibus dispen
sabatur prophetia. Quod ut iocun
dius emineat. de singulis etatibus
tamquam de singulis hydriis pro
tempore quedam commemoramus.
In ipso exordio Adam et eva
parentes omnium gentium erant
Non tantum iudeorum et quidquid
figurabatur in adam de christo
ad omnes utique gentes pertine
bat quibus salus est in christo.
Quid ergo dicam potissimum
de aqua prime hydrie nisi quod
apostolus ait de adam et eva. Ne
mo enim me dicet prave intel
lexisse quia intellectum non me
um sed apostoli profero. Illud ergo
unum quantum misterium de christo
continet quod commemorat apostolus
dicens et erunt duo in carne una
Sacramentum hoc magnum est
et ne quis istam magnitudinem
sacramenti in singulis quibus
cumque hominibus uxores habentibus
intelligeret Ego autem inquit
dico in christo et in ecclesia. Quod
est sacramentum magnum. Erunt
duo in carne una. Cum de ada
et eva scriptura loqueretur gene
seos unde ventum est ad hec verba
Propterea relinquet homo patrem

et mrem et adherebat uxori sue
et erunt duo in carne una Sic
xpus adhesit ecclesie ut essent duo
in carne una Quo relinquit
prem quo relinquit mrem Re
liquit prem quia cum in forma
dei esset non rapinam arbi
tus est ee se equalem deo sz se
metipm exinaniuit formaz
serui accipiens Hoc est enim
relinquet prem non quia de
seruit et recessit a pre Sz qz
non in ea forma apparuit ho
minibz in qua equalis e patri
Quo relinquet mrem relin
quendo synagogam iudeoru
de qua secundum carnem nat9
est et inherendo ecclesie quam
ex omnibus gentibus congre
gauit Ergo et prima hydria
hebat ppheciam de xpo sz qn
ista que loquor non predica
bantur in pplis adhuc aqua
erat in uinum mutata nondu
erat Et quia illuminauit per
aplos deus ut ostenderet nobis
quod ibi quereremus p ipa ua
ba erunt duo in carne una
Sacramentum magnu est
in xpo et in ecclesia Iam licet
nobis ubiqz xpm querere et de
omnibz hydriis uinu potare
Dormit adam ut fiat eua
Moritur xpus fiat ut ecclesia
Dormienti ade fit eua de
latere Mortuo xpo lancea
percutitur latus ut proflu
ant sacramenta quibus for
maretur ecclesia Cui no appa
reat quia in illis tunc factis
futura figurata sunt cum qd
dicit aplus ipm adam form

esse futuri Qui e inquit for
futuri prefigurabantur gra
in sitre· neqz enim uere no
poterat deus uigilanti costa
educere feminaqz formare
An forte ne doloret latus qn
costa detracta est et ppterea h
opportebat ut ille dormiret
Quis est qui sic dormiat·
ut ei ossa no euigilanti euel
lantur An quia deus euelle-
bat ppterea homo no sentie
bat Poterat ergo et uigilan
ti sine dolore euellere· quia
potuit dormienti Sz pro
culdubio ydria prima imple
batur pphecia illius temporis
de futuro isto tempore dispe
sabat xpus etiam figurat9
est in noe et in illa archa or
bis terrarum Quare ergo in
archa inclusa sunt oia ani
malia nisi ut significarent
omes gentes Non enim deerat
deo rursus creare genus aia
lium Cum enim omnia no erant
Nonne dixit producat terra
et produxit terra Unde er
go tunc fecit inde reficeret
Uerbo fecit uerbo reficeret
nisi quia misterium comen
dabat et secundam hydriaz
pphecie dispensationis imple
bat Ut per lignu liberare
figura orbis terrarum quia
in ligno figenda erat uita
orbis terrarum Iam in tertia
hydria ipi abrahe quod iaz
commemoraui dictu est In se
mine tuo benedicentur omes
gentes et quis no uideat
cuius heat figuram unicu9

qui sibi ad sacrificium quo ipe
ymmolandus ducebatur ligna
portabat. Portauit enim
dominus crucem suam sicut
euangelium loquitur hoc de tria p
dicta commemorasse sufficiat.
De dauid autem quid dicam
hoc quod ad omnes gentes p
tineret prophetia eius. Quem modo
audiuimus psalmum et diffi
cile est ut dicatur psalmus
ubi hoc non sonet. Sed certe ut
dixi modo cantabimus. Sur
ge deus iudica terram quoniam tu
hereditaberis in omnibus
gentibus. Et ideo donatiste
tamquam proiecti de nuptiis.
Sicut ille homo qui non he
bat vestem nuptialem mu
tatus est et venit. Sed pro
iectus est de medio vocatorum
quia non hebat vestem ad
sponsi gloriam. Qui enim
suam gloriam querit non
et non habet vestem nupti
alem. Non enim volunt con
sonare voci illius qui amicus
erat sponsi et ait. Hic est qui
baptisat nec in modo illi qui
non hebat vestem nuptia
lem hoc per increpationem
obiectum est quod non erat
dicere quid huc venisti. Sed
sicut ille obmutuit ita et
isti. Quid enim prodest stre
pitus oris muto corde. No
uerunt quippe intus apud
semetipsos non se habere quod
dicant. Intus obmutuerunt
foris perstrepunt. Audiunt
velint nolint etiam apud
se cantari. Surge deus iudica
terram quoniam tu hereditaberis
omnibus gentibus. Et non commun
icando omnibus gentibus quid
aliud quam exhereditatos se
esse cognoscunt. Quid ergo
dicebamus fratres quia ad
omnes gentes pertinet prophetia
Volo enim alium sensum ondere
meo quod dictum est. Capientes
metretas binas uel ternas
ad omnes inquam gentes per
tinet prophetia. Modo commemo
rauimus de monstrauimus in adam
qui est forma futuri. Quis
autem nesciat quod de illo ex
orte sint omnes gentes et nomen eius
vocabulo quatuor litteris qua
tuor orbis terrarum partes
greca appellatione demonstrantur.
Si ergo grece dicatur oriens
occidens aquilo meridies si
cut eas pleris que locis sancta
scriptura commemorat in ca
pitibus uerborum inuenies adam.
Dicuntur enim grece memo
rate quatuor mundi partes

ana- tho- le- -vasis-
ANA ⁘ OAN ⁘ DYCIC ⁘
arctos· ·me· sem-
APKTOC ⁘ MECEMB-
-bria.
PIA. Ista quatuor nomina
si tamquam versus quatuor
submultiter scribas in eorum
capitibus adam legitur. Hoc
in noe propter archam figura
tum est in qua erant omnia
animalia que significabant
omnes gentes. Hoc in abraha
m apertius dictum est. In
semine tuo benedicentur omnes gentes

hoc in dauid de cuius psalmis
ut alia obmittam modo can
tauimus Surge deus iudica
terram qm tu hereditabeis
in omnibus gentib; Cui enim
deo dicitur surge nisi ei qui
dormiuit. Surge deus iudica
terram tamquam diceretur Dor
misti iudicatus a tra surge
ut iudices tram Et quo per
tinet illa pphetia qm tu here
ditaberis inquit in omnib;
gentibus Iam uo in qnta eta
te tamquam in qnta ydria Da
niel uidit lapidem precisu
de monte sine manibus et fre
gisse omnia regna trarum
et creuisse illum lapidem et
factu esse montem magnu
ita ut impleret uniuersaz fa
ciem terre Quid apcius fidelib;
mei lapis de monte preciditur
Ipse est lapis quem reproba
uerunt edificantes hic et
factus est in caput anguli
de quo monte preciditur nisi de
regno iudeorum Unde dominus
ihesus scdm carnem nat; e Et
preciditur sine manib; sine
opere humano Quia sine am
plexu maritali de uirgine ex
ortus est mons ille unde p
cisus est Non impleuerat
uniuersam faciem terre No
enim tenuerat regnum iudeorum
omnes gentes At uero re
gnum xpi uniuersum orbem t
rarum cernim; occupare Iam
ad sextam etatem ptinet Io
hannes baptista quo nemo
exsurrexit mayor in natis

mulierum de quo dictum est
mayor quam ppheta Quid
et ipse ondit quia omnibus
gentib; missus e xpus Cum
uider venerunt ad eum ut
baptisarent et ne supbirent
de nomine abrahaz Genero
inquit viparum quis on
dit uobis fugere ab ira ve
tura Facite ergo fructum
dignum penitentie Id e hu
les estote supbis enim loqba
Unde autem erant supbi de
genere carnis no de fructu
imitationis pris abrahe
Quid eis ait Nolite dicere
patrem habemus abraham
Potens est enim deus de lapi
dibus istis suscitare filios
abrahe lapides dicens ·os
gentes non pter firmitez
sicut lapis dictus e· quem
reprobauerunt edificantes s
pter stoliditatem et duri
ciam stultitie quia eis quos
adorabant similes fcti erant
Adorabant enim insensata
simulacra pter insensati
Unde in psalmo dictum est
Similes illis fiant qui fa
ciunt ea et omnes q confidut
in eis Ideo cum ceperint hoies
deum adorare quid audiunt
ut sitis filii patris vri q in
celis est· qui fac solem suu
oriri super bonos et malos
et pluit super iustos et iniu
stos Quapropter si ei homo
fit similis quem adorat Quod
est Potens est deus de lapi
dibus istis suscitare filios

abrahe Nos ipos mirarem(ur)
et uidem(us) quia fcm e(st). Nos
enim de gentib(us) venim(us). Et
gentib(us) autem no(n) venire(n)t? N(on)
dom(inus) deus de lapidibus susci
tasset filios abrahe facti su(nt)
filii abrahe imitando fidem
non nascendo per carnem
Sicut em illi degenerando
exheredati sic nos imitando
adoptati Ergo fr(atr)es ad oes gen
tes ptinebat etiam ista sex
te hydrie pheta Et ideo de
omnib(us) dcm est Capientes
metretas binas uel t(er)nas
Sz modo dixim(us) omnes ge(n)
tes ptinere ad binas uel ter
nas metretas Estimantis
em fuit quodam(m)o ut ip(s)e
diceret binas quas diceret
ternas ad commendandu(m) sc(ilicet)
h(oc) sacramentum Quo sunt
bine metrete Circumcisio
et p(re)putium hos duos p(o)p(u)los
scriptura commemorat et nul
lum p(re)termittit ho(m)i(nu)m genus
Quando dicit circumcisio et
p(re)putium In duobus istis no
minib(us) h(ab)es omnes gentes bi
ne metrete sunt hys duob(us) pa
ietibus de diuerso venientib(us)
ad pacem ad pacem in se ipso
faciendam lapis angularis
in se ipo factus est xpus On
damus et ternas metretas i(n)
eisdem ipis omnib(us) gentibus
Tres enim erant filii noe per
quos reparatum est genus hu(m)a
ni. Unde dom(inus) ait Simile e(st)
regnum celorum fermento qd
accepit mulier et abscondit
in farine mensuris tribus q(uo)
adusq(ue) fermentaret(ur) totum Que
est ista mulier nisi caro domi(ni)
Quod est fermentu(m) nisi euan
gelium Que sunt tres men
sure nisi omnes gentes p(ro)pt(er)
tres filios noe. Ergo sex ydrie ca
pientes metretas binas uel
ternas sex sunt etates t(em)p(or)um
capientes p(ro)phetiam p(er)tinente(m)
ad oes gentes siue in duob(us) ge
neribus hominu(m) id est iudeis
et grecis sicut sepe ap(osto)lus co(m)
memorat siue in trib(us) p(ro)pter
noe tres filios significatas. Fi
gurata est em p(ro)phetia p(er)tin
gens usq(ue) ad omnes gentes Na(m)
in eo quod p(er)tingit dicta e(st) metre
ta Sicut dicit ap(osto)lus Accepim(us)
p(er)tingendi mensuram usq(ue) ad
vos gentibus em euangelisans
hoc ait mensuram p(er)tingendi
usq(ue) ad uos. etc.

Incipit omelia decima beati augustini episcopi etc.

Ab eo loco vbi
ait post hec.
descendit caph(ar)
naum ipse et mater ei(us)
usq(ue) ad id quod ait Ille aut(em)
dicebat de templo corporis sui etc.
In psalmo audistis gemitum pa
uperis cuius membra per totam
terram tribulationes patiunt(ur)
usq(ue) in finem seculi Satis ag(i)
te fratres mei ee in hys mem
bris et de hys membris nam
tribulacio tota transitura est.
Ve gaudentibus veritas dicit
Beati lugentes q(uonia)m ipi conso
labuntur deus homo factus
est Quid futurus est homo
p(ro)pter quem deus fact(us) est ho
Hec spes consolet(ur) nos in omni
tribulac(i)one et temptac(i)one hui(us) vite

Non em cessat inimicus psequi
et si non aperte seuit insidijs
agit Quid ait em Et super
uiam dolose agebant Inde dict
est leo et draco Unde quid dicat
xpo· et conculcabis leonem et
draconem leo pter apertam
iram Draco autem pter oc
cultas insidias Draco eiecit
adam de paradyso Idem ipse leo
psecutus est ecclesiam dicente
petro quia aduersarius nr dy
abolus tamquam leo rugiens
circuit querens quem deuo
ret Nō tibi seuitiam suam p
Cesariensis episcopus cuius claritas per totum orbem
refulsit in scriptis. Ediderunt nobis mis-
se celebracionem, in qua tamen epistolam et ewangelium
recitabant et verba domini et dominicam
orationem. Cetera vero diversis temporibus a diversis

psalmus leguntur addita sunt prout pravae religio-
nis cultu crescente visa sunt decenter
convenire. Gregorius vero de psalmis introitum
fecit. Offertorium vero et Canones ~~extepsit~~ excerpsit et
cum modulacione cantari instituit. Idem
in missam kyrieleyson et illa dicta fecit. In
canone tres ordines super addidit. Orationem
dominicam post canonem super hostiam censuit
recitari. Symachus Gloria in excelsis deo
in missis cantari instituit quem ymnum de-
lectoribus composuit ad angelorum verba que
secuntur addiciens. Damasus papa Credo
in unum deum cantari instituit. Gelasius
papa tractus et ymnos et prefaciones compo-
suit. Item Gelasius papa traditur cano-
nem principaliter ordinasse. Sed ut beatus Gregorius
asserit in registro scolastico illa compo-
suit que super eukaristiam dicit sancto. Bene
papa Sanctus sanctus sanctus primum cantari in-
stituit. Sergius papa Agnus dei cantari
decrevit. Innocencius papa Pacis oscu-
lum dari precepit. Leo papa addidit in ca-
none Sanctum sacrificium et immaculatam
hostiam. Innocencius auctor quinque
crucis duo signa super eukaristiam termi-
nabiliter instituit. Ubi dicitur: Et quotquot
ex hac altaris etc. Officium misse celebra-
tur quandoque in nocte in memoria nativitatis
Christi, quandoque mane in memoria resurrectionis,
hora vero tercia ipsa est officium misse, quia
in eadem hora dominus crucifixus est et
spiritus sanctus super apostolos descendit. Sexta
hora crucifixus est dominus manibus gentilium
Horum igitur in medio horarum illarum
dominum crucifixum et ideo in hoc modo
illam horam positam ab ecclesia tertiam
tam eciam inter terciam et septimam horam
celebratur missa. Debet ante cantari tercia
et post sextam aut in ieiuniis differri
missa usque post sextam et in vel post nonam
nam vero pro casu magna magis
esse quam pro ... ne audita missa

medietalin

ante sextam quedam occasionem preveni-
endi sextam edendi vel forte quia non
solum passionis et mortis et sepulture
et ascensionis domini memoria agitur ideo
post sextam vel post nonam missa cele-
bratur. Celebranda et audienda est
missa a ieiunis ut ex concilio catha-
ginensi habetur et infra Papa ... apostolorum
postquam cenatum est semel in die a sacerdote
sacerdote celebranda est non autem nativitate
una die et altera pro defunctis. Unde
Alexander papa: Sufficiat sacerdoti unam
missam una die celebrare, quia Christus
semel passus est et totum mundum redemit.
Non indignum autem pro defunctis unam facere
et aliam de die si necesse sit facere. Non
modica res est unam missam facere, et
valde felix est qui unam digne cele-
brare potest. Quidam tamen pro pecuniis vel adulatio-
nibus secularium una die presumunt plures
missas facere, non estimo eum evadere
dampnationem. Sequitur de permissio-
ne psalmorum

Quicumque psalmos dicit secundum exhor-
tacionem psalmiste dicentis:
Preoccupemus faciem eius in confessio-
ne et in psalmis iubilemus ei, ut quasi
immundum quicquid sensum congressione
commisit quicquid psalmorum oratione deter-
gat. Quedam enim committuntur in opere
que vere conveniunt celebrantis alta-
ris misterium et eukaristie sacramentum.
Orationes vero quas addit manifeste
pertinent ad impetrandum cordis et
corporis mundiciam et munimen. Qui-
dam celebraturus missarum sollempnia quas-
dam psalmos et orationes premittit quos
secundum dicam. Inclinavit, Inclina, Que
dilecta, De profundis ad orationem dominicam et
psalmis et orationibus convenientibus. Ihesus
usque ad passionem appropinquans egressus cum
torrentem cedron ad discipulis avul-

sus est ab eis quantum est iactus lapidis
prolixius orabat, et discipulos dormientes
excitavit dicens: Vigilate orate ne in-
tretis in temptationem. De ablutione ma-
nuum

Lavat corporaliter manus ut significet
munditer actus antoltare psalmi-
sta dicens: Lavabo inter innocentes ma-
nus etc. Non enim lutum manuum divina
sacramenta contaminat. Sed si quis indigne
manducat et bibit iudicium sibi mandu-
cat et bibit. Studendum est ergo ut tam
conscientia manuum inquinamenta purget.
Deinde lavat manus et dicit psalmum
Iudica me deus etc. Cum oratione Largire
quesumus etc. manus etiam tergendo dicit orationem
Absterge domine. Item dominus traditurus
discipulis suis corporis et sanguinis sui
sacramenta lavit pedes eorum, et ad similitu-
dinem lavandi eos diligenter ammonuit:
Exemplum inquit dedi vobis etc. De amictu

Amictus super humeros circumquaque diffu-
ditur, et circa fauces et pectus mollite
ligatur fortitudine sigillum, quia pugnatu-
ra contra vicia principaliter est necessaria ut
secundum apostolum possit stare adversus insi-
dias dyaboli. Humeri onera portant
et fortitudinem mentis mala tolleranti
et bona paganti. Sacerdos igitur qua-
re se ligare debet et fauces pectus ma-
nus et renes similiter fauces ligare debet
culpatam in locutione vitando pectus
peccatum in cogitatione cohibendo ma-
nus malum in operatione vitando re-
nes motum carnis in delectatione repri-
mendo. Ligare enim se debet a cogitatione
locutione delectatione et operatione mala.
Duo mollite ligamenta cogitacio et locu-
cio, quia eis quicquid peccatum venialiter. Deli-
qua duo firmiter scilicet delectatio et operacio
quia eis plerumque peccatum criminaliter.
Duo capitula quibus amictus cum pectus
ligatur significant intentionem et finem quibus infor-
manda est operibus, ne fiat in fermento
malicie et nequicie, sed in azimis etc.

Notis manibus assumit amictu q ca
hnerōs cudquaq; diffinditur · z cta fau
ces mollit conuoluit · z duobz fiscu
tulis ante pectus mollit liguit as
sumes go amictu dt oroem hnerōs
meos z pectus zc · ¶ Clemens ad
saluacom mdi dei filius anglus mag
ni consilij amictus est imbre dn dum
mitatem suam que est caput z pn
m mia carne abscondit · Vnde · ysa
Ecce apparebit dns sup imbre cand
793 Alba ob speciem candoris **de alba**
desigt mundiciam scdm qd legi
Omnia que vestimenta tua sint candi
da · sit aute de bisso ul de lino q cando
rem que no hnt ex natura multis con
sionibz acquirunt p artem · Sic ho
mis caro mundiciam qua no hebe
ex natura · continencie z abstinencie
subiecta fortit ex gra acquirit · Vnde
sacerdos castiget corpus suu z in
fimitute redigat · ¶ Deinde induit
albam que comunis sit larga corpi
tu est conuenient aptanda ne aut
in ingressu pedes cu in ministro may
impediat · hanc induendo dt orom
Dpc s. ds zc · ¶ Alba nominate vite
sigt qua xpc hnt et donit z tbmit
in baptismo · Nam in transfiguracoe
eius resplenduit facies sicut sol · z
vestimenta eius facta st alba sicut nix
Dcmp enim vestimenta xpi munda
fuit et candida qa pctm no fecit
nec inuentus est dolus in ore eius
Debet at alba cu limi **de cingulo**
hos fortat pingi ut castitas
sacdotalis nullis vicioz stimulis sol
uatur · Vnde dns hnt lumbi vri
precincti zc · In lumbis n. luxuria
dnatur attestante dno · Debent aut
lumbi pingi per continencia · debent
etiam subcingi p abstinencia qm
hc genus demoniu no eicit nisi i oro
ne z ieiunio · ¶ Cingendo albam cu
lumbos fortat dt orom · Precinge dne zc
¶ Zona sacdotalis sigt id qd iohes
aplus ait · Conuersus vidi silem fi
lio hominis precinctu ad mamillas zo
na aurea · Qp zona auream p fecta
ps caritas designat quam hnte fuen
tem in corde, radiantem in ope
794 Post hec sacerdos **de stola**
stolam sibi imponit ut iugu
dm se suscepisse significet · que
a collo p ancidia descendens dextru
et sinistru latus adornat, qd p arma
iusticie a dextris z a sinistris sacerdos
debet ee munitus in prosperis z ad
usis stola praac · Et quia dr · Impa
cia vra possidebitis zc · Hinc est q stola
cu zona quibusdam nexibus colli
gatur, qd virtutes virtutibus sociat
ne aliquo temptacionis moueat
impulsu · Debet aut sacerdos scdm
decretu statutum concilij vno cod
q; orarii ceruice pmter et vtrumq;
humerum primens signu crucis suo pe
ctori preparare · Si quis aut aliter
excomunicacioni subiacerat · ¶ Post
hec stolam sup collam b' imponit per
que a collo p antidia descendens per
mediu pectus in modu crucis tran
sellari debz, z ad cingulo quibusdam
nexibus colligari, qua imponens
Stola iustie zc · ¶ Stola sup ami
ctu in collo sacerdotis inhibit obe
dientiam et similitude sigt qua dns omi
ppe salute suorum subijt · Nam cum
in forma dei esset factus est obediens
patri vsq; ad mortem mortem at crucis
Casula ul planeta **De casula**
que sup omnes vestes induitur
sigt caritatem · Caritas enim opit multi
tudinem pctorum · Et qut amictus sup planeta
resoluitur innuit q opus bonum debet
referri ad caritatem · Nam finis p
cepti est caritas · Et aut in ex te stoc
manum in anteriorem z posteriorem

partem dividit signat duo brachia crucis ad dextrum scilicet et ad sinistrum in quibus Christus leo pendet et propheta. Latitudo planete significat latitudinem caritatis que usque ad inimicos extenditur. Unde latum mandatum tuum nimis. Postremo super omnes vestes induitur casula que circulari extensione manuum in anteriorem et posteriorem partem dividit. In summitate etiam eius annecti replicando tendunt. Hanc induens dicit orationem Fac me quesumus. Casula insigni sacerdotis est universalis caritas de qua dicit apostolus Quicumque baptizati estis Christum induistis. Hec autem casula cum unica sit et integra in extensione manuum in anteriorem et posteriorem partem dividitur designat antiquam ecclesiam que passionem Christi precessit et novam que passionem Christi subsecuta est. Nam qui preibant et sequebantur clamabant dicentes Osanna filio David etc.

De mappula

Per mappulam que in sinistra manu ponitur que et sudarium appellatur vigilantia designatur qua sudorem mentis abstergat et soporem gravantem cordis ut depulso torpore bonis operibus diligenter invigilet. Accipiens in sinistra manu mappulam dicit orationem Da domine virtutem manibus meis. Hec sacerdos mappulam fert in leva designat quod Christus bravium obtinebat in via tamen similiter bravium obtinebat et stadium patiebatur quia similiter erat in patria et in via. Nemo inquit ascendit in celum nisi qui descendit de celo.

De introitu

Introitus sacerdotis ingressum filii dei in hunc mundum signat. Duo luminaria cum mansuetudine preferuntur quia lex et prophete cum psalmis Christi annunciaverunt adventum. Duo ministri qui precedunt vetus et novum testamentum signant id est legem et evangelium. Subdiaconus legem, diaconus evangelium quorum lex tempore prior, evangelium vero dignitate maius est. Subdiaconus qui precedit Iohannem baptistam signat qui precessit Christum in spiritu et virtute Helie. Hic ante sacerdotem portat librum evangeliorum quia Iohannes ante Christum predicationem introduxit evangelii. Hic autem liber clausus tenetur. Illud insinuat quod in apocalipsi quia nemo dignus erat aperire librum nisi leo de tribu Iuda radix David qui aperuit librum et solvit septem signacula eius. Hic ergo liber aperitur cum sacerdos pervenerit ad altare quia cum Christus apostolos congregavit etiam aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Hic sacerdos codicem evangeliorum osculatur insinuat quod Christus pacem predicavit in evangelio. Hiis indumentis sacerdos ornatus ad altare procedit quem precedunt duo acoliti ferentes duo luminaria et tercius ferens thuribulum et incensum. Precedunt etiam duo ministri non pariter neque a latere incedentes sed ante subdiaconus post diaconus. Subdiaconus portat codicem evangeliorum quem tenet clausum donec sacerdos ad altare perveniat quem post confessionem aperit et osculatur. Apostolus: Ipse assistens pontifex etc. intravit semel in sancta etc. Per quod innuitur esse impleta omnia que scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me.

De confessione

Quia vero iustus in principio sermonis sui accusator est, sacerdos ad altare perveniens antequam sacrum ordinatum officium de peccatis suis ad astantibus confitetur. In qua confessione notandum est quod non in specie sed in genere confitenda sunt peccata quia ista confessio non est occulta sed manifesta. Psalmum autem pectus

et a longe stamus dum confitemur
peccata quia ecce publicanus qui a longe
stans percuciebat pectus suum instigati
descendamus in domum. In tonsione
pectoris tria sunt. Ictus, sonus et tactus
per que signantur cordis contritio, oris confessio
et operis satisfactio. Nam tribus modis pec-
camus, corde cogitando, ore loquendo,
opere perpetrando. Ita tribus modis penitere
debemus, corde per dolorem, ore per confessionem,
opere per laborem. ¶ Ad altare veniens
stans a longe dicat. Introibo ad al-
tare. Et cum ministris dicit psalmum Judica me
deus, ad gloriam pertinet. Et iterum Introibo, con-
fiteor. ¶ Canticorum. Prima ponimus no-
va et vetera dilecte mi servavi tibi. Jo-
hannes baptista. Primam agite, comm-
unicabit enim regnum celorum, postea vobis
datum est nosse misterium etc. Christus pacem
meam do vobis pacem etc. Psalmista.
Confitemini domino quoniam bonus. Jacobus
Confitemini alterutrum peccata vestra. De incenso

Ingressus ergo sacerdos ad altare thus
apponit thuribulo quod deus orationes
inspirat aliud ut per ipsum afferat
incensum dignum in odorem suavitatis.
Accipiens ergo thuribulum a dyacono
sacerdos incensat altare quod per corpus
assumens de gentibus ecclesiam suis ora-
tionibus fovet eandem. Per hoc autem dyaconus
thuribulum recipit ut incenset sacerdote
moraliter instruit, quod si digne volumus
orationis incensum afferre thuribulum
id est maceracionis debemus tenere precedente
instantia vocum. Per hoc etiam incensat
altare contra omnis nequitia demonis
expellat. Fumus enim incensi valebat ac-
titatur ad demones fugandos ut in tho-
bia legitur. Deinde sacerdos sacerdos osculatur
altare signo quod hoc adveniens
scilicet ecclesiam copulavit eandem. Dicta con-
fessione apponit thus thuribulo et
accipiens thuribulum a dyacono incensat

altare per circuitum. Et in dextera parte al-
taris reddit thuribulum dyacono, quod
accipiens dyaconus incensat sacerdotem.
Deinde accedens ad medium altaris os-
culatur ipsum altare dicens Pax dei que
exsuperat etc. ¶ Christus enim a longe
publicanus non audiebat ad celum levare oculos, sed percuciebat
pectus suum dicens Deus propicius esto mihi pec-
catori. Christus dicit: Sine me nichil potestis facere.
Pater sancte ego pro eis rogo et non pro
eis tantum sed pro illis qui credituri sunt per
verbum illorum. Apostolus: Sine fide impossibile
est hominem deo placere non pro Canticorum.
Osculetur me osculo oris sui. De introitu

Sicut introitus sacerdotis
adventum Christi significat et anti-
phona que dicitur ad introitum desiderium
eorum adventus eius insinuat. Ac-
tus enim dilatat animum suum et
cum iubilo cantat introitum quoniam
prophete patriarche reges sacerdotes adve-
ntum Christi ad magno desiderio expectabant
cum omni benedictione et devocione cla-
mabant. Item domine et noli tardare.
In templo glorie significat captivacionem bene
nolenciam. Erat enim quod expectabat filius
filius obtinerent ad totam trinitatem
stando clamabat. Antiphone re-
petitio multiplicationem clamoris et
desiderii significat. ¶ Inter cantores
canitur antiphonam quod ab introitu
sacerdotis introitus vocatur. Gloria
patri ad introitum pertinente ad gloriam
trinitatis deo repetit introitum.
Dicitur multi reges et prophete voluerunt
videre que vos videtis et audire que auditis
et non audierunt. Psalmista: Ostende nobis
domine misericordiam tuam etc. Propheta: Expecta reman-
sit expecta reexpecta quia veniet et non
tardabit. Psalmista: Tu exurgens
misereberis syon quia tempus etc.
De kyrieleyson.

Cum ergo iam plenitudinis et annus benignitatis advenerit et apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei, chorus tunc quasi cum timore subiungit kyrieleyson, quod interpretatur domine miserere. Fiat autem hoc novies ut ordo decimus ex hominibus separatus ut novem associetur ordinibus angelorum. Repetitur kyrieleyson quod canitur novies, ter kyrieleyson, ter christeleyson, ter kyrieleyson. Kyrieleyson, domine miserere nobis te cooperatorium etc. 809

De gloria in excelsis

Mox sequitur ymnus angelicus temporali Christi nativitati perhibens testimonium, quem ille primus inchoando pronunciat, qui magni consilii angelum representat. Chorus autem cantando prosequitur, quia subito facta est cum angelo multitudo celestis milicie collaudancium et dicencium: Gloria in excelsis deo. Hic ymnus angelorum est et hominum. Primum autem angelorum gratulancium quod nato domino restaurata est ruina, quia perditam dragmam invenisset eterna sapiencia. Unde est quod iam post canitur: Et in terra pax hominibus bone voluntatis, quia pacem quam nemo omnium qui sunt in celo et in terra poterat facere inter deum et homines, homo factus iam factus esset mediator ne sua soluto pariete inimicicia inter deum et homines. Quo dicto sacerdos inchoans ymnum angelicum Gloria in excelsis deo. In omni festo quod plenum habet officium nisi in adventu domini et in septuagesima et natali Innocentum. Gloria in excelsis dicitur etiam numquam post meridiem nisi in cena domini ubi crisma conficitur et in sabbato pasche et penthecostes. Item annunciamus vobis gaudium magnum quia natus est salvator mundi. 818

De iiii de sacerdote

Sacerdos ad orientem ad dextram consistit altaris. Hoc signum quod fuerat prophetatum Deus ab austro veniet. Et quia ea que leta sunt signantur per dexteram, ea que sunt tristia signantur per sinistram. Ideo sacerdos in dextera parte primum accedit et gaudium dominice nativitatis ostendit. Deinde post epistolam ad sinistram accedit ut tristiciam passionis insinuet, et iterum redit ad dexteram ut gaudium resurrectionis annunciet. Post hec sacerdos ad dexteram altaris consistens vertit se ad populum et salutationem premittit dicens Dominus vobiscum. Chorus autem respondet Et cum spiritu tuo. Deinde conversus ad orientem elevatis manibus pronunciat collectam quod libro legitur aperto. Christus stabit quando in iudicio oves a dextris, hedos autem a sinistris. Tunc dicet hiis qui a dextris eius erunt Venite benedicti etc. Hiis vero qui a sinistris eius erunt Ite maledicti etc.

De salutatione

Premittit etiam salutationem ad populum per quam attenti fiant auditores et benivoli dicens Dominus vobiscum, quod Booz legitur dixisse messoribus suis. Booz quippe salvatoris figuram expressit. Sic ergo Dominus vobiscum optans nos tales esse ad quos dominus manere dignetur. Auditores ergo iam attenti et benivoli illico conversis ad eum cordibus et vultibus respondent Et cum spiritu tuo. Sic Paulus in epistola ad Thymotheum: Dominus inquit Ihesus Christus sit cum spiritu tuo. Notandum quod sacerdos vii vicibus salutat populum et semper in salutatione vertit se ad populum excepto

psalmodie et sternationis articulo circa
in intentus totius cordis et corporis cau
lis ad devote peragendum sacramentum
debet intendere Sciendum etiam quod sacerdotes
in missa diverse orationis forma imita
tes septenarium orationum numerum non debent
excedere et numerum imparem studeat observare
ut vel unam vel tres vel quinque vel septem
dicere paraverint De extensione

Debet autem sacerdos versus orientem
orare, non quod divina maiestas lo
caliter in oriente consistat, sed quod timentibus
deum oritur sol iustitie qui illuminat
omnem hominem venientem in hunc
mundum Christum Visitavit nos ori
ens ex alto Et liber sapientie oportet
ad ortum solis orare Cum dicitur collecta

Sacerdos ergo extendit manus in
missa cum orat Illam et ipse cum
extendisset manus in cruce pro peccato
ribus oravit, evidenter ostendens quod ipse
semper paratus est recipere penitentes Sicut
ait vetus moyses i. christus elevabit
manus i. impendit auxilium vincit
israel i. ecclesia, si autem manus dimittit
i. si peccatis exigentibus subtrahit auxi
lium superat amalech i. dyabolus Et quis
go vult orationis virtute superare dyabolum
debet elevare manus i. actus ad dominum
ut conversatio eius sit in celis Et hoc
est dimittere illis quia nesciunt quid
faciunt Exodus Cum israel pugnaret
contra amalech moyses ascendit in mon
tem ad orandum Cumque elevaret ma
nus vincebat israel, cum autem remit
teret superabat amalech Ps. Eleva
tio manuum mearum sacrificium vespertinum
Quid significant orationes

Oratio quam sacerdos legit libro
aperto collecta dicitur, quia ipse fungens
legatione pro populo ad deum omnes orationes
in ea colligat atque concludat Causa
libro aperto legit quia christus dominum cum intrasset

synagogam die sabbati traditus est
ei liber ysaie quem ut revolvit le
git in eo Spiritus domini super me et cetera
Apocalypsis Data sunt incensa multa ut
daret de orationibus sanctorum super altare
aureum quod est ante oculos
domini De numero orationum

Orationes que dicuntur a sacerdote sig
nificant orationes quas christus dominus circa
tota vita pro nobis fudit continua oratio
Ipse namque verus homo passionem
ipse nos destinavit semper orabat
pro nobis orabat ubi cum dominum premens
et spiritum sanctum In fine autem orationis
subiungitur per dominum nostrum quia impos
sibile est beneficia dei per aliam viam
ad nos devenire quam per ipsum Apostolus
In diebus carnis sue preces supplica
tionesque ad deum qui salvum illum
posset facere a morte cum clamore
valido et lacrimis offerens exauditus
est in omnibus pro sua reverentia De
conclusione orationum

Septem vicibus
sacerdos salutat populum quatenus
exclusis septem viciis capitalibus
suscipiat gratiam septiformem Septe
narium etiam numerum orationum non exce
dat Illam quod septem peccatoribus dica
corporis et anime vicia comprehendunt
Ecclesia vero numero deus impari gaudet
impares in missa dicit orationes sacerdos
una vel tres propter unitatem sacra
menti vel trinitatis misterium Vel quinque
propter quinque partita domini passionem
Septem ad impetrandam septem dona
sancti spiritus Sequitur de eodem

Concludimus autem orationes per dominum
nostrum ihesum christum filium tuum videlicet
patrem orantes per filium iuxta consue
tudinem perpetuam Et cum ad invocationem
ab apostolis quam oratur debent dicere
Cum stabitis ad orandum dicite pater noster

Conclusiones vero diuersificantur triplici
modo. Aliquando dicimus per eundem dominum
nostrum quando mencio filii fit in oratione. Aliquando
sic: Qui tecum vivit, ubi mencio fit
ipsius filii tamen dominum nostrum ut in illa: Deus qui
sacramenta mirabilis et similibus. Aliquando con-
cludimus sic: Qui cum patre et spiritu sancto,
videlicet quando oratio dirigitur ad filium ut in illa
Deus qui matris magdalene. Cum itaque mencio
fit in oratione sancti spiritus dicimus: In
unitate eiusdem spiritus sancti per omnia
secula seculorum, id est eternaliter. Christus
similiter peticionis pretium in nomine meo
dabit vobis. Eius particule intelligi-

Amen optantis vel affirmantis
ondit affectum, et potest nominaliter quoniam
ut Amen dico vobis id est veritatem dico
vobis. Aliquando verbaliter. Aliquando optantis
ostendit affectum, ut cum post orationem
optando inquit Amen, id est fiat. Pronunciatur
etiam adverbialiter et affirmantis ostendit
affectum, ut cum sacerdos concludit Qui
tecum vivit et regnat, affirmando inquit
Amen, id est vere. De epistola

8 816

Epistola que premittitur ewangelio
precursionis signat officium quod
Iohannes ante Christum exercuit, qui preivit
ante faciem domini parare vias eius. Iohannes
ergo subdiaconus fuit, id est subminister illius
qui ergo non venit ministrari sed ministrare.
Precedit namque epistola ewangelium sicut Iohannes
Christum, lex gratiam, timor caritatem, inicium
perfectionem. Ceterum vero Iohannes fuit
limes precedencium et sequencium, medius
inter apostolos et prophetas. Ideo epistola nec
semper legitur de prophetis nec semper de apostolis, sed
medium sumitur de veteri testamento,
medium de novo, quia Iohannis eius
vite representat epistola, cum antiquis dixit
Christum venturum, et cum modernis Christum
ostendit presentem. Dicitur ergo epistola quasi
supermissio sive supererogacio, quod bene
convenit libris apostoli, quia ewangelio Christi
supererogate sunt. Epistola igitur officium
legis agit in missa tamen distans in
dignitate ab ewangelio quantum famulus a domino
et ideo cum legitur epistola sedemus, cum autem legitur
ewangelium de missis reverenter vultibus stamus
domino astantes. Item autem subdiaconus per-
lectam epistolam accedit ad sacerdotem. Illud
insinuat quod Iohannes in vinculis misit
discipulos ad Ihesum. Sacerdos ergo benedicit sub-
diaconum, quia Christus commendavit Iohannem.
Subdiaconus ergo post finem, diaconus vero
ante principium accedit ad sacerdotem et
exhibet reverenciam, quia lex finem acce-
pit in Christo, sed ewangelium inicium sumpsit ab
ipso. Premittitur etiam epistole plerumque In
diebus illis. Circa itaque ex sor septi
sumpsit formam legendi, quia enim in
actibus apostolorum frequenter invenitur
In diebus illis. Ideo cum legitur in certa par-
ticula epistolarum premittitur In diebus illis. Et
quia in ewangelistis sepe legitur In illo tempore
ideo cum legitur in certa particula ewangelii
premittitur In illo tempore. Dyaconus et sub-
diaconus non nisi festivis diebus utuntur
dalmatica et tunica, quia discipuli vacuam (?)
sublimium sacramentorum portare non po-
tuerunt nisi postquam glorificatus est Christus et spe-
cialis advenit. In adventu itaque et lxx
utuntur casulis, non tamen sic ut in ipsis
legant vel ministrent, sed lecta et ministra-
tum illas exuunt manifeste profi-
tentes illam suam non esse vestem, sed circa
se eam accommodatam ut in operum
itaque incedentes expoliacionem.
Post hec subdiaconus longe stans ab
altari, et sacris vestibus indutus legit
epistolam, que quandoque sumitur de novo testamento
quandoque de veteri. Vel certa per titulum
plerumque premittit In diebus illis. Sub-
diaconus vero in diebus festis indutus
tunica quam nos subtile vocamus ministrare
debet. Privatis vero diebus illa non
utitur sed tamen alba induitur. In adventu
itaque et lxx tunica casula induit quam
lavans vel ministrans exuit debet uno

iaconi ordinem Subdyaconus in si
sacris vestibus indutus altari ministra
re non debet. Post lectam epistolam ad sa
cerdotem accedit, et exhibet ei reuerentia
vz inclinatus a casula sacerdotis z dex
lerit quod dyaconus post lectum ewangelium facit
Hinc epistolam sacerdos ad sedem vadit
et sedet usque ad ewangelium, z cum ministris
graduale alleluia et cetera. Pax modo cum ante
venit ille spiritus nec ideo vos omnes ...
817 Verum quia iohannes De graduali
ante primam predicauit merito post epistolam
sequitur graduale quod penitencie lamentum
insinuat. Et quod in diebus penthe
costes tollitur de officio misse, quia
illi dies futurum in regno dei felicitatis sta
tum esse insinuant vel signant. Dicitur ergo
graduale vel gradale a gradibus humilitatis
utpote illi conueniens qui necdum ascen
dit de virtute in virtutem, sed adhuc in valle
lacrimarum positus iam tamen ascensiones
in corde suo disposuit. Post epistolam
sequitur graduale quod non festiuis a
modulatur vocibus quidem efferatur
sed ut cantus grauis et asperum simplex
et lamentabile canitur, z in diebus
penthecostes in tempore leticie tollitur de
officio misse. Graduale ad apostolorum
vocacionem refertur, quibus vos vocauit
venite post me ipsi non tantum verbo sed
opere audierunt, quia relictis omnibus secuti
sunt eum. Et ideo gradale cantatur quia
ipsi post dominum gradiebantur, discipuli
post magistrum. Post epistolam graduale cantatur
quia post predicacionem iohannis discipuli secu
ti sunt dominum, sicut in ewangelio dicitur: Sta
bat iohannes et ex discipulis eius duo et cetera.
818 Post luctum sequitur De alleluia
consolacio, z ideo post graduale sequitur
alleluia quod signat ineffabile gaudium an
gelorum et hominum, et eterna leticia leta
tur. Dicitur igitur alleluia futuri beatitudinis
quod proprium est vocabulum iuxte eo tempore
magis frequentatur quo nos resur
genus eiusdem beatitudinis spe nobis
tribuat et promissum. Cantatur ergo
alleluia post gradale cantum leticie post
luctum penitencie. Et summopere videntur
penitencie magnitudine consolacionis
que reposita est vnde lugentibus, ubi
lacrimis potius quam carmini magis
breue dignum simonis filiam in cenacu
lo penitencium ut iocunde auditu meo au
ditum repleatur z rapiatur illuc ubi
sancti exultabunt in gloria et letabuntur
in cubilibus suis. Hinc est quod in pluribus
ecclesiis sequencia post alleluia cantatur
suaui iubilo dulcique tenore. Et al
in proposito versu alleluia bis canitur signum
quod inchoata leticia sit geminam glorie
dacionis stolam accipient sancti. Amen
cepisse Notandum quod etiam in officio
misse tum linguarum octauit dignita
tas quod titulus triumphalis ostendit
qui scriptus fuit litteris hebraicis grecis
et latinis. Dicitur ergo quod a lxx usque ad
pascha non cantatur alleluia quia tempore
tristicie non debet cantari carmen leticie
Septuagesima namque babilonice capti
uitatis miserie z huius seculi tempus
presentat in quo super flumina babilonis
sedentes et flentes in salicibus orga
na suspenderunt. Canitur autem tractus
qui ad asperitatem vocum cum prolixitate
verborum miseriam presentis incolatus
insinuat. Post graduale cantatur alleluia et festiue
cum ad leticie modulatur et festiuis
vocibus ang sunt in neumis ubi
laudem pertractimus z in proposito versu
bis canitamus z per neumam sequenti
sequencias in diebus sollempnibus
decantamus. Alleluia refertur
ad exultacionem cordis qui de miraculis
dei gaudebant laudantes dominum et cetera 818

tempore est ... ...
post i
signum

f. 117r
f. 115

mistarium panis et vini primus ob
tulit sacrificium sanctum, sacrificium sanctificans
digne sumentes immaculatam hostiam
maculas emundantem ¶ Ipse est agnus
qui occisus est ab origine mundi Hic
est filius meus dilectus in quo mihi bene
complacui Item aliud capitulum 830
Supplices te rogamus etc Curva
tibus procedit orans et dicens
Iube hec perferri etc Sacerdos inclinans
dicat et dicit Supplices te rogamus etc
Postulum alias reprimans ostium
fidiarorum orat ubi suis magorum pro
lupinis orabat iterato dicens eundem
simone Sacerdos facit tres cruces
prima et sideram distincte super oblata
et altare dicendo sacrosanctum filii tui cor
pus et sanguinem, tercia signando seipsum
in facie cum dicit omni benedictione celes
ti et gracia sua corpus cruce imp
mens super sanguinem et quia procedit
in faciem, imprimit et crucem in facie
ut probans per duas cruces quas sacerdos
facit super corpus et sanguinem desig
nantur vincula et flagella quibus
allisus est sanguis eius Per terciam vero
crucem quam sacerdos facit in facie
recolitur quod expuebant in faciem
eius et palmas in facie eius dabat
¶ Supplices te Sacerdos hic incu
ruatus se inclinans Christum in cruce in
clinato capite spiritum tradidisse signi
ficatur aut dicit sacrosanctum corpus et
sanguinem sumpserimus duas cruces fe
ratum facit super corpus et sanguinem
terciam vero facit in facie cum dicit omni
benedictione ¶ Memento post mortem
defunctorum memoria sequitur quod defun
ctorum aliorum memoria non agitur nisi qui
in Christo fide hac vita finierunt Ipse
domine In hoc loco sacerdos quorum voluit
defunctorum per agere memoriam ¶ Suppli

ces omni humilitate qua possimus
rogamus te omnipotens deus iube hec id est ista
fidelium vota supplicationes et preces per
fieri per manus sancti angeli tui hoc est per
ministerium angelorum, hic evidenter apparet
quod angeli in sacrificio semper presentes as
sistunt In sublime altare tuum hoc est
in conspectu divine maiestatis tue
Ut quotquot ex hac altaris participatione
misterio tuo sumpserimus quod est in presencia templi
tui participatione participavimus non omnes
ore communicamus, sed omnes fide Sacro
sanctum filii tui corpus et sanguinem
omnia sancta sanctificans sumpserimus
ore vel fide omni benediccione celesti et
celestibus in vero et gratia repleamur in via
¶ Sicut autem sacerdos altissimi ministri
iudeorum comprehenderent ihesum et ligaverunt
eum et velaverunt eum et percuciebant faciem
eius Tunc expuerunt in faciem eius et
colaphis eum ceciderunt Alii autem in fa
ciem eius palmas dederunt Tunc pyla
tus ihesum flagellis cesum tradidit eis
ut crucifigeretur Item aliud capitulum 831
Iube hec perferri etc Tante profunditatis
sunt hec verba ut intellectus huma
nus vix ea valeat penetrare Unde
et beatus gregorius tanti sacramenti dig
nus incipiens de illis tamquam de ineffa
bili pene ineffabilia loquens, quis
inquit fidelium habere dubium possit in
ipsius ymmolacionis hora ad sacerdotis vo
cem celos aperiri in illo ihesu christi misterio
choros angelorum adesse summis yma
sociari terrena quoque ex invisibilibus
et visibilibus fieri Item alibi Uno
eodem tempore ac momento et in celo ra
pitur ministerio angelorum consociandum
corpori christi, et ante oculos sacerdotis in
altari videtur ¶ Memento domine Ho
rat pia mater ecclesia nos scilicet pro omnibus si
eciam pro defunctis christi fine tradens quod
sanguis ille preciosus non solum ad salutem

vincentur, sed etiam ad solutionem valeat
defunctorum. Cum nos precesserit cum signo
fidei, id est karitatis, quo fideles ab infide-
libus distinguntur et dormiunt in sompno
pacis, quia sicut dormientes evigilant,
ita defuncti resurgent. Ipsis domine quos
prenominavimus, et omnibus in Christo, id est
in fide Christi, quiescentibus locum refrigerii,
in quo non est ardor penarum, lucis, in
quo non est obscuritas tenebrarum, pacis,
in quo non est conflictus pugnarum,
ut indulgeas deprecamur. Angelus dicitur.
Non dicit angelus oraciones nostras offerat
deo quia tunc primo deus noverit quid
velimus, qui omnia scit antequam fiant,
sed racionalis creatura temporales causas
ad eternitatis referre debet sive petendo
quid erga se fiat, sive consulendo
quid faciat, ut angeli quod deo iubente
cognovit implendum hoc nobis vel
evidenter vel latenter exponat. Sequitur
de vocis expressione

838 Nobis quoque peccatoribus. Non solum mentis
impressio, verum etiam vocis ex-
pressio que invocacione est insinuat. Sed
cum ad id ventum est Nobis quoque, sacer-
dos paululum expressa voce passio pec-
toris silencium interrumpit, representans
contricionem et confessionem latronis in
illo divine passionis articulo increpantis
alterum et dicentis: Nos digne factis
recipimus, hic vero nichil mali gessit,
et dixit ad Ihesum: Domine memento mei etc.
Vel per exaltacionem vocis et passionem
pectoris exprimatur id quod centurio
et qui cum illo erant visis hiis que
fiebant timuerunt valde dicentes: Vere
filius dei erat iste. Et omnis turba
que simul aderat ad spectaculum istud per-
cucientes pectora sua revertebantur.

De signis que sexto fiunt

Sexta signa crucifixionis est domini
hora tercia linguis iudeorum, quod
narrat Marcus, hora sexta manibus
gentilium, quod narrat Iohannes, et circa horam
nonam inclinato capite tradidit spiritum.
Ad recolendum ergo crucifixionem que
hora tercia facta est linguis iudeorum cla-
mancium: crucifige crucifige eum, et
rursus: tolle tolle crucifige eum, sacerdos
facit tres cruces super oblatam et ca-
licem ad Sanctificas, vivificas, bene-
dicis. Ad recolendum crucifixionem
que post intervallum trium horarum
facta est manibus gentilium militum, qui
crucifixerunt Ihesum, sacerdos iterum facit
tres cruces cum hostia super calicem ad
Per ipsum et cum ipso et in ipso. Postmodum
autem ad significandum divisionem
carnis et anime domini morientis facit
duas cruces in latere calicis ad Est tibi
deo patri omnipotenti in unitate spiritus
sancti. Vel aliter, tres cruces significant tres
cruciatus quos Christus in cruce sustinuit,
scilicet passionem, compassionem, compas-
sionem; passionem in corpore, compassionem
in mente, compassionem in mente.
De cetero vero sacerdos facit duas cruces
cum hostia super calicem, quia Christus sanguinem
cruciatus sustinuit in corpore super
patibulum. Per calicem enim passio
designatur. Duas vero cruces quas sacerdos
facit in latere calicis designant duo
testamenta que de latere Christi processe-
runt, scilicet aqua regeneracionis et sanguis
redempcionis iuxta testimonium Iohannis.
Corporale de super calicem removetur,
quia velum templi scissum est a sum-
mo usque deorsum, primo quod de illo
septum fuerat atrium clausum
erat, sed ubi consummatum est revela-
tum est. Tunc accedit diaconus et ex
altera parte sacrificium de altari
tam ipse quam sacerdos deponit, quia venit
Ioseph ab Arimathia et in-

cademus et impetrauit a pylato cor
pus ihesu deponentes sepelierunt et quia
ille aduoluit saxum magnum ad osti
um monumenti ¶ Dyaconus super os calicis
corporale reponit ¶ Quia non in pace fuit
est locus eius dyaconus mensam os
culat altaris ¶ Et quia fuit est principa
tus super humerum eius (dyaconi) hu
merum osculat alteris sacerdotis ut in
utroque significet et quieuisse xpm
post mortem et vixisse post mortem hoc
ipm signat quod xpc crucem super humeros
baiulauit ¶ Nobis quoque cum dicit pectus
tundit et voce exaltare debet cum dicit sacri
cis vniuersis benedictis fiat tres cru
ces super corpus et sanguinem ¶ Cum
cum dicit et per xpm nobis accipit corpus
in manu et cum ipso fiat duas cru
ces super calicem ¶ Cum dicit per ipsum
et cum ipso etiam fiat in ore calicis cum
dicit et in ipso ¶ Deinde fiat duas cruces
cum corpore in latere calicis cum dicit ¶ Est tibi
deo patri omnipotenti in vnitate spiritus
sancti ¶ Cum dicit omnis honor et gloria
tangit cum corpore latus calicis signi
ficando lanceam xpi in latere deinde
remouet corporale de super calice ¶ Tunc
accedit dyaconus et tamen ipse quoque sacer
dos eleuat sacrificium parum de altari
et dicit sacerdos ¶ Per omnia secula seculorum
¶ Chorus videt ¶ Amen ¶ Cum quo ac
cipit effectum omnium que sacerdos orauit
in canone deuote dicat istud amen
¶ Quo dicto deponitur et dyaconus repo
corporale super os calicis quo deposito
osculat altare dyaconus et humerum
sacerdotis et sacerdos dicat prefacionem domi
ce orationis et ipsam dominicam orationem
alta voce ¶ Chorus vltimam petitionem
dominice orationis dicit affirmans et captans cf
ficacem aliarum petitionum ¶ Deinde sacerdos
secrete dicit libera nos quesumus etc ¶ Hec oratio dicitur

embolismus et est expositio vltime
petitionis dominice orationis ¶ In hac oratione
nominat sanctos quorum velint recordare
potest ¶ Interim dyaconus accipit a sub
dyacono patenam mundam quam in
canone teneat inuolutam et tamen
dyaconus quam subdyaconus repraesentat
eam sacerdoti ¶ Vel sacerdos sine ministro
sacrificans eam de sub corporali recipit
et osculatur cum dicit ¶ Da propicius pacem
in diebus nostris et cum ea crucem facit
in facie cum dicit ¶ Vt ope misericordie adiuti
et cum ea crucem facit in pectore cum dicit
et a peccato simus semper liberi et accipit
de sursum usque ad pectus et a dextra
usque ad sinistram sic facit crucem cum dicit
¶ Et ab omni perturbatione securi ¶ Nobis
quoque peccatoribus licet omni tempore debeamus
ex corde recognoscere nos peccatores pa
puc tamen cum premissione peccatorum sacri
sanctum misterium celebrat ¶ Famulis tuis
et deuotis de multitudine miserationum tuarum
sperantibus non de quantitate meritorum
nostrorum presumentibus vna est dei mi
sericordia que ipse est sed multa sunt eius effectus
qui miserationes dicuntur ¶ Partem aliquam
in gloria et societate in gaudio donare
digneris ¶ Licet vnum et idem sit
premium singulorum quoniam ipse deus in cuius
cognitione salus consistat tamen cum
secundum differentiam meritorum alij mi
nus diuina visione fruuntur ¶ Cum
tuis sanctis apostolis ac martiribus cum iohanne
¶ Stephano ¶ Mathia ¶ Barnaba etc
¶ Quaeritur cur iohannes repetitur et quare
stephanus sociatus iohanni premit
titur mathie et barnabe ¶ Hanc io
hannes in prima commemoratione cum
apostolis numeratur propter dignitatem apostolatus
¶ In secunda vero repetitur et stephano socia
tur propter priuilegium castitatis ¶ Signatus
enim iohannis mente commendatur quia xpc in cruce

matrem discipulo virgine virgini com-
mendavit. Stephanus vero in hec marga-
rite virginitas comprobatur quia depu(ta)tus
est ab apostolis ad ministerium viduarum et
in hoc meruit testimonium sincerissime
castitatis. Intra quorum consortium nos vi-
ta eterna non estimator meriti quaesumus non
solum merita retribuendo, sed in punien-
do vel magis remunerando quam quisque
meruit, sed venie largitor largissime
nos quos admittas per xpm dnm nostrum.
Per quem hec omnia scilicet panem et vinum et
aquam semper bona creas condendo
nam sanctificas consecrando materiam
vivificas transsubstantiando creaturam
benedicis accumulando gratiam et sit hic
simplex demonstratio pronominis sicut e-
nim tempore confusionum. Nam panis confu-
sionis non habet usum et prestas nobis ad
salutem per ipsum scilicet xpm tamquam per me-
diatorem. Cum ipso coequali. In ipso
tamquam speciali est tibi deo patri omnipo(ten)ti
omnium bonorum auctori in unitate spiritus
sancti tecum filio omnis honor in celo et
in terra et gloria. Primus de singulis
pendentibus blasphemabat eum dicens
Si tu es xpc salvum fac te et nos. Re-
dens alter increpabat eum dicens Neque tu
times deum quia in eadem dampnatione es
Nos enim digna factis recepimus. Et ait ad ihesum
domine memento mei etc. Et ait ad eum ihesus
Amen dico tibi etc. Centurio vero et qui cum
illo erant visis hiis que fiebant ti-
muerunt valde dicentes vere filius dei
erat iste. Et omnis turba que simul aderat
ad spectaculum illud percucientes pecto-
ra sua revertebantur. Ihesus autem clama-
ns voce magna dicens etc. Et incli-
to capite emisit spiritum. Et velum tem-
pli scissum est a summo usque deorsum.
Et unus militum lancea latus eius aper-
forauit et continuo exiuit sanguis
et aqua. Cum autem sero factum esset venit
ioseph ab arimathia decurio et peciit
a pilato corpus ihesu quia ipse discipulus
erat ihesu sed in occulto. Venit autem et ni-

codemus qui ad eum venerat nocte primum ferens mixturam et aloes
quasi libras centum et deponens corpus
ihesu accepit et involuit syndone et
condiens aromatibus sepeliunt. Erat autem
non longe monumentum novum excisum
de petra in quo posuerunt et advolverunt
saxum magnum ad ostium monumenti.
Circa ihesus clamans voce magna
tradidit spiritum levat sacerdos voce dicen-
do Per omnia secula seculorum. Sicut enim quia
mulieres lamentabantur flentes dominum
Chorus lamentando incipit Amen. Et
quia ihesus dixit Pater in manus tuas
commendo spiritum meum. Et sacerdos premit-
tat orationem preceptis salutaribus ut
 Dnica oratio

Preceptis salutaribus moniti. Pro-
bus prefatio dominice orationis prepara-
tio est ad excitandam attentionem et de-
votionem dicentium et audientium quia di-
cit preceptis salutaribus, ipsius salvato-
ris moniti audemus et divina institu-
tione deo scilicet instituente id est instruente
formati id est informati quamvis indigni
ipso nos adhortante audemus ei dicere
Pater noster qui es in celis Dnica oro

Pater tui sumus amore non
domine tui sumus timore. Non au-
tem quod est solius dicere xpi aug(ustinus) pater est sin-
gulariter per naturam, sed noster omnium sin-
gulariter per gratiam. Fideliumque vero spe-
cialiter per adoptionem. Contra superbia dicendi
quod est gene et indignitate ne ... et ad
indigni. Pater celestis nos autem et
gratiam adoptionis et unionem fratrum
seruandam nos commonet in pater ma-
tue gloria et filiationis gratia et unione fra-
ternitatis spe gaudeamus. Qui es in
celis id est in sanctis, sed nos faciat fidu-
ciam nobis obtinendi donum celeste re-
buendo. Sanctificetur nomen tuum in
nobis quod dicitur dono spiritus sancti per ut sin-
gulare turbi et amoris tui lumine flam-
mas extinguere valeamus quibus per concu-
piscentie gratiam pace micamus extinguat.

[illegible]

p. f. 118v

831 Notandum vero quod cum sacerdos dicte 833
minus dicat non statim oracionem sub-
iungit sed ante altare procedit et manus
abluit quibus lotis manibus oblacionem
accipiat incensum offerat et oracionem
effundat. Sacerdos igitur oblaturus debet
lavare manus id est conscienciam lacrimis
penitencie quibus revenenter mundat offert
hostiam inmaculatam scilicet Christum deo pla-
centem. Nam eo more antequam verbum et vini-
cium sacrificium in cruce crucis offerret in
resuscitacione lazari lacrimas misericordi-
ter effudit. Propheta lavabo per singu-
las noctes lectum meum. Item Johannes infre-
muit spiritu et turbavit semetipsum
et lacrimatus est. De corporalibus 832
Interim vero dyaconus corporales pallas
super altare disponit que signant linte-
amina in quibus involutum fuit corpus
Christi. Post autem illa que plicata ponit
super calicem signat sudarium quod fuerat
super caput ipsius separatim involutum
in unum locum. Item Johannes venit petrus
et intravit in monumentum et vidit lin-
teamina posita et sudarium quod fuerat super
caput ipsius non cum linteaminibus positum
sed separatim involutum in unum locum. Item Hoc est
corpus meum quod pro vobis tradetur
hoc facite in meam commemoracionem. Qualiter
offerendum sit sacrificium
His itaque compositis subdyaconus
calicem preparat panem et vinum in
illo reponens. Quia Nimirum levi per
subdyaconum designat. Huius oblacionis
misterium presignat dyaconus qui
calice preparatum accipiens in altari
componit. Qui cum cuius figura est
dyaconus huiusmodi sacrificii vicem commen-
davit eidem qua per altare super dictum
figuratur. Dyaconus typus patenam
cum hostia tradit sacerdoti quam sacer-
dos super altare disponit insinuans

quod ipsemet Christus hoc sacramentum primus
instituit et ecclesie tradidit celebrandum.
Subdyaconus dat ampullam cum aqua
tradit sacerdoti qua sacerdos fundit
in calicem quod Christus populum sibi amaliavit
in morte ut sicut aqua non separatur non
a vino sic populus separetur a Christo. Calix
ponitur ad dextrum latus oblate quia
sanguinem domini susceptus qui de latere
Christi processit. Porro cum sacerdos
accipit patenam cum hostia vel oco-
lum cum aqua calicem cum vino thuri-
bulum cum incenso semper facit super ca-
crucis signaculum ut per signum crucis
omnis exercitus dyaboli effugiat ne con-
secratorem nil sacrificium aliquid valeat
Hic circam in modum crucis super du-
cit et circuit incenso sacrificium et altare
que et crucis signaculo et incensis incenso
dyaboli fraus effugetur. Interim cum
sacerdos corporale disponit in altari
et subdyaconus calicem preparat panem
et vinum in illo reponens. Dyaconus
vero patenam cum hostia tradit sacerdoti
quam sacerdos super altare disponit. Sub-
dyaconus autem ampullam cum aqua
tradit sacerdoti qua sacerdos fundit in
calicem quem tenet dyaconus et sic
a dyacono calicem acceptum sacerdos
disponit in altari. Nota quod ad sacer-
dos accipit patenam cum hostia vel oco-
lum cum aqua calicem cum vino thuribu-
lum cum incenso signabit super ca crucis
as signaculo. His itaque dispositis
sacerdos post susceptam oblacionem ab-
scondit patenam sub corporali vel ab
altari remotam subdyaconus retro
tenet involutam. Unus militum
lancea latus eius aperuit et exivit
sanguis et aqua. Ezechiel propheta vidi
aquam egredientem de templo a latere dex-
tro. Sicut moyses exaltavit serpentem

ita exaltari oportet filium hominis, ut
omnis qui credit in ipso non peribit sed
habeat vitam eternam. Ezechiel paulatim
omnes super que non videritis thau. Apoc.
Nolite nocere terre et mari quousque signe-
mus servos dei nostri in frontibus suis.
Lignum missum in marath aquas
dulcoravit amaras. De patena.

834 Patena que dicitur a patendo cor la-
tum et amplum caritatis significat.
Hanc latitudinem cordis habebant apostoli
cum petrus dixit se malle mori quam christum
negare. Similiter et omnes discipuli dixerunt.
Sed latitudo cordis ab eis aufugit et la-
tuit cum relicto eo fugerunt omnes et
latuerunt. Sed ideo sacerdos post susceptam
oblatam abscondit sub corporali
patenam vel ab altari remotam sub
dyacono retro tenet involutam, pro
quod discipulorum fuga vel latibulum
designatur, qui cum verum sacrificium
offertur relicto christo omnes fugerunt et la-
tuerunt. Hiis itaque dispositis sacer-
dos post susceptam oblatam abscon-
dit patenam sub corporali vel ab al-
tari remotam subdyaconus retro tenet
involutam. Si oportuerit me mori
tecum non te negabo. Et relicto eo omnes
fugerunt. Sacerdos primo accipiat a
dyacono patenam cum hostia deinde
calicem qui post ad dexteram latus oblate
qui sanguinem domini susceptus cooperitur
quia calix non est causa misterii quam calu-
tele. Discooperitur vero dum levatur
quia calicis levatur sine opimento.

Sacerdos igitur ad De incenso oblato
altare consistens incensat ob-
lacionem a ministris accipit illud insi-
nuans quod christo veniente bethaniam fe-
cerunt ei cenam et martha ministrabat.
Oblacione suscepta statim adoletur
incensum, per quod innuitur quod maria
accepit unguentum preciosum et effudit
super caput ihesu. Et aut sacerdos super
ducat ter et circumducat incensum designat
quod maria ter exhibuit unguentum circa
corpus ihesu. Primo cum unxit pedes

ihesu in domo symonis pharisei. Secun-
do cum in domo symonis leprosi ungen-
tum super caput eius fudit. Tercio cum
emit aromata et venit ut ungeret cor-
pus ihesu iam positum in sepulcro. Vo-
luntas enim ei pro facto reputatur.
Quod undique totum incensatur altare signat
quod factum illud totam undique respersit ec-
clesiam ut dominus dicit. Disposita de
oblacione in altari dicat sacerdos hanc
oracionem Veni sanctificator. Deinde ad
altare inclinans dicat oracionem Suscipe sancta
trinitas. Oracione finita sacerdos thymia-
lium cum incenso accipit a dyacono et
ter superducat in modum crucis et ter
circumducat incensum super sacrificium. Quo
facto elevat thimiberium dicens Diri-
gatur domine oratio mea, quia dicitur traditur
thimiberium dyacono, qui exhibita ei re-
verencia totum in circuitu incensat altare.
Ihesus ante sex dies pasche venit be-
thaniam ubi fuerat lazarus mortu-
us quem suscitavit ihesus. Fecerunt autem ei
cenam et martha ministrabat. Maria autem
accepit libram unguenti et unxit
pedes ihesu, et domus repleta est ex odore
unguenti. Amen dico vobis ubicumque predi-
catum fuerit ewangelium hoc in toto mun-
do dicetur quod hec fecit in memoriam mei.
De inclinacione sacerdotis sequitur.

Tunc sacerdos inclinans orat pri-
us pro se deinde pro populo monens ut
amplius orent pro ipso. Orate inquit pro me
fratres ut debemus eciam invicem ora-
re ut salvemur. Per hoc autem quod sacerdos
inclinatur humiliacionem christi significat, qui factus
est obediens patri usque ad mortem. Orate dicit
autem circa hoc tamen sacerdos dicit
oracionem quam intimisit ante offertorium
quia tunc demum christo redijt ultimam ad
communicandum, quando ad tempus desceret
ad terrestrem in effectum sicut habetur in
ewangelio. Deinde sacerdos versus ad populum
hortatur eum ad oracionem dicens Orate pro me
fratres et sorores. Dominus sit ad altare et
oracionem que secreta dicitur quam intimisit

ante offert ¶ Orate pro me ut
saluem Amen dico vobis quod si duo
vel tres consenserint de omni re quacumque
pecierint fiet illis Cum venisset ihesus
ierusalem et intrauit in templum dei
eiciat vendentes et ementes etc. Multa
tamen turba multa que conuenerat ad di-
em festum cum audisset quia ihesus venit
ierusalem acceperunt ramos palmarum
et exierunt ei obviam clamantes et dicen-
tes Benedictus qui venit etc. De prefacione 835

Quia vero iam palam ambulabat
ihesus leuat iterum sacerdos vocem dicens
palam Per omnia secula seculorum Finis
ordinis incipit est prefacionis per quod sacer-
dos insinuat quod xpc est lapis angularis
iudeos coniungens et gentes ut sit vnum
ouile et vnus pastor. Statim ac sacerdos
tem attencione dignissima salutacionem
premittit optans nos tales esse cum quibus
dominus dignetur celebrare illud conuiuium
ad quod maria attulit vngentum preciosum
et effudit super caput ihesu Unde statim
sacerdos adiungit Sursum corda Statim
chorus subiungit Habemus ad dominum
ut eciam sursum ad regnum xpi diuinita-
tem cor eleuet et ipsum equalem patri con-
gendo catholice fidei et confessionis contra-
gat Sacerdos autem postquam attentos
reddidit et deuotos hortatur ut gracias a-
gamus domino deo nostro quia ipse est deus
quia creator, ipse est dominus, quia redemp-
tor ipse est etc. Chorus videt sacerdotis
verba affirmans dicens Dignum et iustum est
Dignum est quantum ad deum quia ipse est dominus
deus noster Iustum est quantum ad nos quia
nos sumus plebs eius et oues pascue
eius Nota firmiter leuat iterum vocem
sacerdos palam Per omnia secula seculorum Finis
ordinis initium est prefacionis Sequitur
Dominus vobiscum Sursum corda Gracias
agamus, et prefacio in ordine suo ¶ In
quali ordine petitum est si in ista pridem
cor ab ore hec diuisum, nam qui se
ipsum non audit nec deus hunc audit
Diligenter ergo prouideat sacerdos ne cor suus
deorsum ad seculum spiritu sancto menaat

¶ Vere sursum sint quite quam sursum sint
sapite non que super terram In prefacione
superiorum cum ordines ibi concordant
quia misteriis que ibi conficiuntur me
esse et adesse non dubitant Ut non tan-
tum sacerdotem sed et omnes assistentes efficia-
cius monere et implere debet ut diuinis
misteriis reuerenter et humiliter assistant
¶ In omnibus gracias agite, et iterum In omni
oracione cum graciarum actione peticiones vestre
innotescant apud deum Exposicio prefacionis

Vere dignum et iustum est
equum et salutare Dignum quia
nos mera bonitate creasti Iustum
quia nos mera pietate redemisti E-
quum quia nos gratis iustificas Salu-
tare quia nos tunc glorificas Nos tibi
semper, quia semper laus eius in ore meo,
et vbique, quia in omni loco dominacionis
eius Gracias agere domine sancte qui nos
gratis redimendo sanctificas pater ope
qui omnipotenciam tuam parcis et maiori-
mis et minimis pene manifestas Eter-
ne deus, qui mera pietate tua nos
perpetuo glorificas, Per xpm dominum nostrum
qui interpellat pro nobis Per quem maies-
tatem tuam laudant angeli ad lauda-
dum deum creati Adorant dominaciones
creati ut gracias ei referant sine fine
actiones Tremunt potestates, non metu
formidinis sed caritatis et obediencie fa-
mulatu Celi id est throni quia dominus ait Ce-
lum mihi thronus est Celorumque virtutes
id est ordo illorum angelorum qui virtutes
dicuntur ac beata seraphin, insequitur et cum
illi alii spiritus mittuntur quam tanto ma-
gis ardent quanto vicinius videt Socia
exultacione concelebrant In dispari
claritate pax est gaudium per caritate
cum fit ut quod est singulorum omnes fit om-
nium Cum quibus id est cum angelis et
nostras voces ut admitti iubeas depre-
camur Duas enim opera deus raciona-
biles creaturas condidit, angelicam et huma-
nam quorum laudibus diuinis insistent et ei gracias
referunt actiones, quas pari voto

concelebrare debent. Supplici confessione non superba presumpcione sed humili devocione dicentes. Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. Ter dicit sanctus et semel dominus ut trinitatis et unitatis misterium approbetur. Sabaoth id est exercituum videlicet angelorum et hominum. Tot deus exercitus habet in terra quot sunt ordines in ecclesia. Tot sunt in celis quot sunt ordines angelorum. Pleni sunt celi et terra gloria tua id est angeli et homines. Osanna in excelsis. Osanna verbum hebreum est quod significat salva obsecro. Et est compositum ex osi quod est salva et anna interiectione obsecrantis. Et ad vocacionem est ad eternam salutem incarnacionem christi quem confiteri debet subiungitur. Benedictus qui venit in nomine domini. Ego inquit christus veni in nomine patris mei. Bis dicitur osanna propter glorificacionem corporis et anime qua sancti beatificantur in excelsis id est in celestibus in christo. Post prefacionem ympnus angelicus subsequitur quem ipse sacerdos cum aliis cantare debet dicere ne ipsum sua pecc... videatur ... qui et suas et aliorum voces angelicis laudibus admitti deprecatus est in prefacione. In omnibus gracias agite unde. Benedic anima mea domino et omnia que intra me sunt ... omnibus iniquitatibus tuis. Qui redimit de interitu vitam tuam. Qui replet in bonis desiderium tuum. Advocatum habemus apud patrem christum ihesum iustum qui interpellat pro nobis et ipse est propiciacio pro peccatis nostris qui exauditur in omnibus pro sua reverencia. Laudate eum omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius. Et exercitus celi te adorant. Job. Columpne celi contremiscunt adventum eius. Ysaias. Seraphin clamabant alter ad alterum Sanctus sanctus sanctus. Et apocalipsis. Et requiem non habebant die ac nocte dicencia Sanctus sanctus sanctus. Prefacionis officium ad illud refertur quod christus ascendit in cenaculum magnum stratum in quo multa locutus est ad discipulos suos et gracias agens ympnum retulit deo patri

quem iohannes describit de quo dicitur in marcho et ympno dicto exierunt in montem oliveti. Dico vobis non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine domini. Expositio canonis.

839 Post acclamacionem precomium sequitur secretum silencium. Nam ut iohannes dicit ubi christus fuit honorifice susceptus a civibus cum psalmis et laudibus abiit et abscondit se ab eis. Illud ergo ... bulum hoc secretum silencium ... in quo cessante verborum clamore sola dirigatur ad deum intencio devocionis cordis. Ne etiam sacrosancta verba vilescerent dum omnes pene per usum ipsa scientes in plateis aliis ... quam in locis incongruis decantarent. Decretum est ut hec obsecracio que secreta dicitur a sacerdote secrete dicatur. Unde fertur quod cum ante hanc consuetudinem quidam pastores ea decantarent in agro divinitus sunt percussi. Angelico ympno finito sacerdos manus elevet iuxta prophetam dicentem. Levemus corda nostra cum manibus ad deum in celum. Debet etiam oculos dirigere in celum. Qui dicit. Da fontem boni visere puros mentis oculos in te defigere. Et ad omnem devocione dicat. Te igitur. Dum dicit per ihesum christum debet osculari altare et in libro crucifixi picturam qui suo sangwine nos reconciliavit deo. Cum dicit hec dona hec munera hec sancta sacrificia faciat tres cruces super oblatam et calicem. Sacerdos infra canonem manere debet cum ... cordis et hostio cogitacionum suarum clauso et sensum penitus intellectus ... tum omnium oblitus posteriorum id est mundanorum omnium id est anteriora id est in celestia se debet extendere et deum premittere toto corde orare. Te igitur. Tria memorat dominice passionis id est ymnos et ascensionis ... agimus. Igitur clementissime pater

per ihesum xpistum salvatorem et vivifi-
catorem nostrum filium tuum tibi coeternum
dominum nostrum qui suo sanguine nos rede-
mit supplices omni devotione qua pos-
sumus rogamus ac petimus ut accepta tore
uti accepta habeas et accipias tua inna
et benedicas tua potencia. Hec dona nob-
is collata. Hec munera a nobis ob-
lata tibi. Hec sacrosancta sacrificia. Hec
sanctum corpus tuum significancia illi-
bata quod sine macula cordis et corporis
oportet offerri. In primis igitur principaliter
que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta ca-
tholica unica solum toto terrarum orbe dif-
fusa sed fidei sacramento unita. Quam
pacificare digneris ut pacem habeat ab
hereticis et scismaticis. Adunare que
dispersa est inter perfidos et paganos.
Custodire a viciis et demonibus et re-
gere in prosperis et adversis toto orbe
terrarum. mittat ei auxilium de sancto
et de syon tueatur eam ut ardenavit sit
cor unum et anima una. Hec locutus
est et abiit et abscondit se ab eis
Clausit cum oraveris intra in cubiculum
et clauso hostio ora patrem tuum nes-
ciat sinistra tua quid faciat dextra tua

Quare Canon secrete dicatur

In canone quedam signentur quedam figurentur
dicuntur. Verba namque pertinet ad eukaris-
tiam consecrandam, signa vero ad hys-
toriam recolendam. sed ad ea que per ebdomadam
ante paschalem gesta sunt circa xpistum.
Patet ergo quantum ad ordinem eukaristie
consecrandum quod capitulum illud Unde
et memores quod patitur in fine canonis
fieri debuisset quia in eo consecracio
consumatur. Sed quia impedivisset
ordinem hystorie recolende quia quod
gestum est in medio recoletur. ideo sic
dividens canonis ordinavit ut ordine
servaret hystorie capitulum ideo in prede
ordine canonis in medio collocavit ad
ordine hystorie fideliter exequendum

In canone memoria fit et actio eorum
que xpistus egit, et que in eum gesta sunt
a dominica palmarum usque ad diem resur-
rectionis. Die enim palmarum gloriose sus-
ceptus ab apostolis ingressus est iherusalem et
principes sacerdotum et scribe querebant
quomodo eum interficerent. Secunda feria et tercia non
presumebant dum eum contingere non audent pro-
pter metum quia tota illum multitudo atque ad au-
diendum illum totus erat suspensus.
Quarta feria iudas unus ex duodecim
a dyabolo supplantatus vendidit illum
phariseis et tradere spopondit ut caperent
eum sine turbis. Quid agat ubi
et quid in signis in canone

In sexta recolitur memoria divine passi-
onis videlicet eorum que gesta sunt per ebdomadam
ante paschalem a dominica qua ihesus abiit
ultimam omnium scilicet eorum que in illa septima-
na ipse gessit vel circa eum gesta sunt
usque ad dominicam qua resurrexit a mor-
tuis. Horum enim forma fractionisque veritas
toto secreto representatur in canone. Hec
manus xpisti operantur per manus sacerdotis
que manibus xpisti conformate ut
hoc operarentur per ipsum passione oleo sacro
per clavis passionis consignate sunt.
Notandum diligenter quod in crucis signa-
culo nunquam panis separatur a calice ut
ad separationem notantur in canone sed
tenendum certum est scilicet quod signum
crucis trinis digitis est exprimendum
ut predixi inquam sed circa pro cruces som-
mo super panem transversa usque super cali-
cem debet protendi, quia circa per crucem
corpus sustinuit, et transversa brachia
distendit. Quinta feria iam agone
propinquo testamentum suum constituit heredi-
bus suis consignans eis thesaurum cor-
poris et sanguinis sui, eadem nocte capitur
ligatur et illuditur. De eis que in ce-

Inter prefacionem et canonem moramur in canone
canone in pleriisque libris ymago xpisti
depingitur crucifixi ut non solum intellectus

sit, sed etiam a spe picture in ecclesia
dominice passionis inspiceret. Divina etiam
factum est providentia ut ab ea littera ca-
non inciperet que sui forma signum crucis
ostendit. ¶ Sexta feria crucifigitur primo
linguis iudeorum postea manibus genti-
lium tandemque hora nona fere clamore
magno tradidit spiritum. De pictura
qua Eadem die laudes a crucifixi
turba suscepit verus agnus
paschalis ingressus est ierusalem
et a iudeis in latis insidiis querebatur ad
mortem. Traditus est autem tribus a
deo, a iuda, a iudeis. Quod hic designandum
sacerdos facit tres cruces super oblata
et tali tamen ad dicit hec dona, hec munera
hec sancta sacrificia illibata,
quasi dicat offerimus te clementissime
pater hec dona hec munera et commen-
dantes illam traditionem quia deus
fecit ex dono, iudas ex munere, iude-
us in sacrificium illibatum singuli
tamen in morte, morte autem crucis. Di-
cit autem pluraliter dona munera, sacrificia
quia panis et vinum antequam consecrentur
diverse sunt species substantiarum et diu-
sas habent species. Sed ubi consecrata fuerit
tabernaculis (?) species quidem remanent
sub continentur. Itaque divisa sit continen-
tia, sed unica est contenta. Inculcatio
autem horum verborum dona munera sacri-
ficia pre duobus omnibus est excitatio, vel
ineffabilis sacramenti commendatio
Non enim unum aliquod invenit vo-
cabulum quod tanti sacramentum digne
valeat appellare, nisi quod grece inc-
lius dicitur eucharistia quod exponitur
bona gratia. ¶ Sabbato quievit in se-
pulcro prima sabbati resurgens a mor-
tuis pacem discipulis, pacem omni mundo
nunciavit. Horum omnium memoriam et
recordationem representant in canone, et
singulorum cor (?) que semper gesta sunt

quibus in locis commemoret laboro-
sum non est investigare preterea (?)
quadam corporis presens status evidenter
appareant. De tribus signis que
primo fiunt super oblatam

In primis tibi primum nobis occurrit
tendendum quibus et pro quibus qualiter
et quare sacrificium altaris debeat offerri
Tunc quatuor ex ipso canone audire
possumus, adiutore, quibus soli deo vivo
indivisibili trinitati pro quibus pro ecclesia
catholica et pro omnibus orthodoxis spiritua-
liter in unitate fidei, in communione
scilicet sanctorum circumstante pro beneficiis corpo-
ralibus et spiritualibus et eternis scilicet pro
omnibus supra dictum. Pro quibus
oratur in canone
Primum notat
cum dicit reddunt vota sua eterno
deo vivo et vero. Secundum cum dicit
ecclesia tua sancta catholica. Tertium cum
dicit Commemorantes et memoriam vene-
rantes. Quartum cum dicit pro redemptione
animarum suarum pro spe salutis et
incolumitatis. Sic sacrificium ergo laudis
deo offertur et generaliter pro cunctis, et specialiter
pro quibusdam, pro prelatis et subditis
viris et mulieribus, pro sacerdotibus
et astantibus, pro nobis et nostris. Pro
prelatis ibi una cum famulo tuo papa
nostro, et omnibus orthodoxis. Pro com-
muni bus ibi Memento domine famulorum
famularumque. De sacerdotibus et astantibus
ibi, omnium circumstantium et qui tibi offerunt
hoc sacrificium. De nobis et nostris ibi
pro se suisque omnibus. Orationes enim
pro principibus fiunt qui in sublimitate sunt constitu-
ti ut apostolus monet. Sicut enim sunt due
vite celestis scilicet et terrena, ita due sunt
potestates celestis scilicet et mundana, una
moderatur spiritualia, altera que moderatur
carnalia. Ista per clericos, illa per laicos
communicant pro utraque praeterea orandum est mo-
nente apostolo, ut quietam vitam et tranquillam

agam(us) in v(er)o Dicit itaq(ue) omnis offerat
sacrificium b(e)n(e) pluralit(er) tu dicat offeri-
mus q(ui)a sacerdos no(n) tm in sua s(ed) in to-
tius eccl(esi)e p(er)sona significat Et q(u)amp(ri)-
m(um) in sacra(men)to corp(or)is xp(ist)i nichil a bono
maius n(e)c a malo mi(nus) p(er)ficit(ur) sacer-
dote dum(m)odo sacerdos cu(m) ceteris i(n) eccl(esi)a
consistat & formam s(er)uat tradicionem a co-
lumba quia no(n) in merito sacerdotis
s(ed) in v(er)bo conficit(ur) creatoris Non ergo
sacerdotis iniquitas impedit effica-
ciam sicut nec infirmitas medici
virtute(m) impedit medicine Sicut enim
munda sunt om(n)ia mundis sic om(n)ia
immunda sunt immundis Qualis enim cu(m)
vitam accipit morte(m) inuenit sic
eq(ui)dem bonus cu(m) morte sustinet vi-
tam acquirit Una cu(m) famulo
tuo papa n(ost)ro (et)c Hic nominare deb(et)
p(ro)p(ri)um rege(m) & antistite(m) & p(re)latos
suos s(ed) dictor(um) memoria in sequentia
posu(i)t agit(ur) ubi d(icitu)r Memento d(omi)ne famulo-
rum famularu(m)q(ue) tuaru(m) Hic nomina
viuor(um) fidelium quor(um) voluerit noia-
re poterit Una cu(m) famulo tuo papa
n(ost)ro constat ut ait pellagius ab
eccl(esi)a esse separatos qui quali dissen-
sione inter s(ua)m in eccl(esi)a ap(osto)lica pontific(um)
memoriam no(n) frequentat Et in rege
n(ost)ro p(ro) regib(us) & p(ri)ncipib(us) qui in subli-
mitate sunt constituti ut monet ap(osto)l(u)s
& antistite n(ost)ro cuius cura pastora-
li gubernari debemus & omnib(us) orthodo-
xis Orthodoxi qui recte glorificant d(eu)m q(ui)a
d(ic)u(n)t recte fidei confessione clarificat Catho-
lice fidei i(d est) generalis & ap(osto)lice fidei ap(osto)li-
ca predicacione dilatat Cultoribus qui
fidem seruat & colunt in concilio
pacis Habet scriptum in lib(r)o (et)c De pac(e)
illa dicitur (et)c Cum enim ma(n)d(atur) ordi-
n(ari)u(m) s(e)c(un)d(u)m mand(atum) Memento mis(er)icordiam
tuam d(omi)ne (et)c Deus qui nos(tro)s rec(e)dent(es)
ad mis(er)icordiam unde memento mei deus

quia ventus est anima mea neq(ue)
ad p(er)ueniendum b(onu)m Memento d(omi)ne filior(um)
edom (et)c Ubi no(m)i(n)a mortuor(um) recitant 845
Memento d(omi)ne famulor(um) famularu(m)q(ue) tu-
ar(um) N. et om(n)ium circumstanciu(m) Ex hac inte(n)-
cia libror(um) manifeste colligit(ur) q(uod) h(ic) sit
locus ubi sacerdos debeat sp(ec)ial(ite)r nominare
quos voluit viuor(um) t(ame)n t(ame)n debet h(ic) no(m)i(n)a
transcire quia in sequentib(us) locis oc-
currit ubi defunctor(um) memoriam poterit
agere Hinc eciam euidenter apparet
q(uo)m s(an)c(tu)m sit & salubre missa(rum) interce-
ssionib(us) l(ibe)r(aliter) ministeriis cu(m) sacrificiu(m) e(ss)e
salutare p(ro) circumstantib(us) sp(eci)al(ite)r offerat(ur)
Memento domine (et)c Cum deus nil ig-
norat nec aliquid valeat obliuisci d(icitu)r
petim(us) ut ipse memor sit n(ost)ri petamq(ue)
tamen ut mi(sere)atur & om(n)i(u)m circumstanciu(m)
cu(m) intencione et fide te inuocancium
quor(um) tibi fides cognita est & no(ta) deuoc(i)o
Circumstancia fidelib(us) & deuotis q(ui) soli
videns in conscienciis qui recte credunt &
deuote te diligunt Pro quib(us) tibi offeri-
mus vel qui tibi offerunt q(ui)a non
solum offerunt sacerdotes s(ed) vniu(er)si fide-
les Namq(ue) q(uo)d sp(eci)al(ite)r adimpletur
ministerio sacerdotum h(oc) vniu(er)saliter
agitur voto fidelium Quare dicat
sacrificium laudis
Dicitur aute(m) sacrificium laudis q(ui)a xp(ist)e h(oc) deu(m)
maxime laudare debe(mus) q(uod) no(n) so(lu)m ip(su)m
dedit p(ro) nobis in p(re)cium s(ed) eciam dedit
se nobis in cibum ut p(er) p(re)cium nos
redimeret a morte & p(er) cibum alet nos
ad vitam Hoc sacrificium laudis ap(osto)l(u)s dicit
Cuiusq(ue) sacrificium in laude dei agit(ur) ut
deus laudet(ur) in nobis p(ro) se suisq(ue) omnib(us)
consanguineis vel affinib(us) familiarib(us)
vel amicis Pro redempcione animar(um)
suarum q(ui)a no(n) p(ro) quali lucro vel appetitu
terreno s(ed) p(ro) spe salutis & incolumitatis i(d est)
p(ro) salute & incolumitate sp(irit)ua(l)i vel pro
salute ment(is) & incolumitate corporis Nam

vtriusque sanitas add' est ꝛ vtrique ꝑuenit
ex redemptione anime .i. ex remissio-
ne pcti sicut eciam de reatu pene ꝑ
cedit in firmitas utriusque / testante dno
Tibi reddunt vota sua / votum homi-
nis ꝛ hois est et dei / sed dei ipse auctori-
tate gratie / hominis ipse libertate arbitrij
Actio domino ꝛ deo / Sicut h oro spe-
cialiter dirigitur ad patrem eqalit' tn' indiui-
due trinitati sacrificium laudis offert'
tam patri quam filio quam spiritui sancto quia
sicut indiuisibilis est maiestas / sic
indiuisibilis est oro / Trinitas apparet
pri racione principij quia pr' a nullo
est / veritas filio / qui de se dicit / Ego sum
veritas / vita spui sto sicut habetur et
in symbolo / Et in spm sanctum dnm vi-
uificantem De tra sctorum comme-
848 Communicantes et memoracione
Decreta que secundum diuersos et
canon racio induxit ut tota sil-
abus vno s' predicatum a plibus ꝑpendi'
fuisse composita ex eo quod tria sctorum
commemoracio in canone recipit' ꝛ hoc
ipsum puenit ad laudem ꝛ gloriam trini-
tatis / Nomina quorum aliorum sctorum nomina canonice
non debent / nisi quos anacletus i ca-
none descriptos inuenimus / excepto pro-
prio in illa orone vbi ipso ordine
commemorant quorum licet sanctorum noia
inter mittere possum / Memoriam
venerant' dei genitricis ꝛ beate
ac immaculate / ꝛ communicant' eisdem in
via per fidem qua ipsi habuerunt / ꝛ nos
debemus ut meritis aplorum ꝛ patrum di-
uine ꝑtectionis muniam' auxilio
quibus in patria consortio ꝛ pace ca-
pitulis hic meminit Cur non fit me-
moria confessorum
Queritur etiam cur in canone
nulla commemoracio fiat confessorum
cum inter sctos eorum memoria magnifice
venerabilis cum sit de quibus prius
sunt dictum quam memoria confessorum ecclesia
celebraret / Causa vero pot esse quia eo tempore
uestri cepit fieri confessorum memoria
venerari nam omnes sancti qui connu-
merant' in canone preter silueste-
rum / iohem ꝛ paulum Marcel-
linum ꝛ petrum qui primo successe-
runt / Omnis scriba doctus in regno
celorum similis est homini patrifamilias qui
profert de thesauro suo noua ꝛ vetera
De quinque signis que sunt fiunt sup'
850 Quam oblacionem oblatam
Quarta fiat in vnus de-
duodecim adynto supplantatus xxx
argenteis vendidit sacerdotibus
scribis et phariseis / Judas ergo iudeis
vnum vendidit xpm sacerdotibus scribis
ꝛ phariseis / videlicet sacerdos ad nominem
gratie tres emptores facit tres cruces
qui sup oblatam ꝛ aliam addit
Benedictam / Asscriptam / ratam / ad non-
dum non distincte venditorem ꝛ vendi-
tum facit duas cruces distincte sup obla-
tam ꝛ aliam ad dicit / Vt nobis fi-
at corpus ꝛ sanguis xpi / Benedicta
hostia / salutaris .i. ab omni culpa male-
dictionis immunis tam originali quam
actuali tam criminali quam veniali / In-
scripta dicitur .i. scriptis ꝛ figuris vete-
ribus designata tam in agno pascha-
li quam in celesti manna / Rata dicitur
quia non transitoria sicut vetus quod cessit
dum noua successit / sed que permanet
in eternum / Racionabilis dicitur quia non
peculialis sicut erat legalis que sanguine
hircorum non emundat ab operibus mortuis
sed quia sanguine xpi lauat nos a peccatis
nostris / Acceptabilis dicitur quia ꝑ suam
racionabilitatem acceptos nos reddit
deo / Hanc igitur oblacionem etc .i. offerimus
Domine seruitutis adoracionis qua tibi
soli deo ubi non alij impendimus ꝛ hanc
sed ꝛ cuncte familie .i. omnium fidelium quesumus
domine ut tua bonitate placatus

pias .i. acceptes secundum tuam maiestatem dies que
nostros in tua pace quia mundus dat no
bis dissensiones vz pacem temporis / Pacem
pectoris tu scam / ad pacem eternitatis per eum
qui pro nobis traditus est in manus corum
qui pacem oderunt / Atque ab eterna damp
nacione nos eripe per eum qui pro nobis
temporali morte mortuus est / et in electorum
tuorum grege iubeas numerari per eum qui
pro nobis deputatus est cum iniquis / Qui
dicimus / Hanc igitur oblationem usque ad altare
in memoriam / ad quam quod qui se humiliavit
pro nobis usque ad mortem crucis / et cum
omni intencione et devocione et lacrimis
sacrificii / post hanc consuatissimam oracionem
dicitur / Circa autem cum dicimus / Benedictam
asscriptam ratam tres cruces super utrumque fa
cimus / quartam super panem et quintam super
calicem separatim / cum dicimus / ut nobis
fiat corpus et sanguis etc. / Circa quam
oblacionem etc. / Per panis et calix tu deus
digneris benedicere in omnibus .i. transferre
in eam hostiam que est omnibus modis
benedicta / Per qua benedicamur nos celestibus
asscriptam per qua nos asscribas celis
et digneris eam facere ratam per quam
ratum sit nostre salutis promissum / Raciona
bilem per qua racionabile fiat nostre servitutis
obsequium / Acceptabilem per qua nos
tu reddas acceptos ut ita nobis .i. ad
salutem nostram panis fiat corpus et
vinum sanguis dilectissimi filii tui domini
nostri ihesu christi / Circa quarta feria con
gregati sunt principes sacerdotum cum senior
ibus et querebant quo ihesum tenerent et
occiderent / Non tamen in die festo ne tumul
tus fieret in populo / Videns autem iudas con
gregatos eos abiit ad eos et pepigit
cum eis de ihesu tradendo pro xxx argen
teis / Et concedere querebat oportunitatem tradendi
853 eum sine turbis
Qui pridie quam / De eis que feria quinta
pateretur etc. / acta sunt cum ihesu

Quinta feria vz xiiij luna prima mensis
ad vesperam ut legis figuram impleret
post typicum paschale corporis et sanguinis
sui sacramentum christus instituit / et etiam tra
didit frequentandum sicut fuerat prefigura
tum in exodo / Circa Qui pridie etc. / Quinta
feria ad vesperam postquam cenavit cum
discipulis suis accepit panem in sanctas
ac venerabiles manus suas omnia
significantes et omni veneracione et
cultu dignissimas / Unde ergo christus acce
pit panem et calicem in sanctas ac ve
nerabiles manus suas / Sacerdos eciam
vice christi panem et vinum in calice in ma
nus accipiens utrumque per se signo crucis
benedicat / Cum tamen sacerdos plures simul
benedicat oblatas una pro omnibus ma
nus accipit nam in unum corpus christi
omnes simul hostie convertuntur / Circa quin
ta feria vespere facto discubuit ihesus et xij
discipuli cum eo / Cenantibus autem eis accepit
ihesus panem benedixit et fregit deditque
discipulis suis et ait / Accipite et come
dite hoc est corpus meum / Et accipiens
calicem gracias agens benedixit et dedit
illis dicens / Accipite et bibite ex hoc
omnes / Hic est enim calix sanguinis mei
qui pro vobis fundetur / Nisi granum
frumenti etc. / Ego sum vitis vera etc.

Quare sacramentum corporis et sanguinis 18 854
christi constitutum est in pane et vino

Accepit panem etc. / Sub pane
et vino in sacramentum corporis et sanguinis 18
sui christus instituit / quod sicut panis cibus
et potibus corporalibus panis cor ho
minis confirmat et vinum letificat cor
hominis / Ita corpus et sanguis christi precio
sus cibus et potus spiritualibus interiorem
hominem reficit et saginat / In hiis
enim duobus plena consistat et perfecta re
fectio / Sicut ipse testatur / Panis autem dat
tur de frumento / vinumque de vite / quod christus
se ipsum comparavit sicut grano et viti / Porro

nec racemus vue neque granum frumenti sed offertur ut racemus expressus sit in vinum et frumentum redactum sit in panem quia Christus se panem dixit et frumento se comparat. Accepit panem. Hic panis accipitur in manibus et elevatis oculis in celum benedicitur et reverenter deponitur. Item cum dicitur Accipiens et hunc preclarum calicem calix erectis oculis elevatur et benedicitur et reverenter deponitur et operitur.

Quod fermentatum non debet offerri

854 Panis autem non fermentatus sed azimus in sacrificio debet offerri tum racione precepti, tum racione facti, tum racione misterii. Racione precepti quia legis preceptum in exodo: Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus vestris, in cunctis habitaculis vestris comedetis azima. Racione facti quia constat cum Christus xiiii^o die primi mensis ad vesperam paschalem agnum comederit quod ea hora fermentatum non inveniebatur in domibus hebreorum, et ita panem azimum in corpus suum absque dubio consecravit. Racione misterii, quia fermentum corrupcionem significat, apostolo testante. Hoc ergo non corruptum sive corrumpens sed totum sincerum, et sinceritas in hoc sacramento esse innotescat, non fermentatum sed azimum consecramus. Primo mense xiiii^o die mensis ad vesperam comedetis azima usque ad xxi^am diem eiusdem mensis ad vesperam. Tum comederit fermentatum peribit de cetu israel. Apostolus: Modicum fermenti totam massam corrumpit. Itaque epulemur non in fermento malicie et nequicie etc. Visus est plusquam quingentis fratribus simul. Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est et mihi.

De tribus verbis que consecracioni sunt addita

855 Elevatis oculis in celum. Tria quidem hic commemorantur in canone que nullus evangelistarum describit, videlicet elevatis oculis in celum, eterni testamenti, misterium fidei. Tres ergo tamen presumpcionis extitit et audacie ut hec de con[illegible] reperiantur me-

pone. Hanc formam istam verborum ab ipso Christo acceperunt apostoli et ab ipsis accepit ecclesia. Multa quippe de verbis et factis domini pretermiserunt evangeliste que suppleverunt apostoli. Et elevatis oculis in celum. Sic et tunc oculos levavit cum animam lazari revocavit ad corpus. Quanto magis credendum est quod tunc oculos in celum ad patrem levavit cum panem et vinum in corpus et sanguinem suum convertit. Hec nobis verba ad memoriam instauracionis, ut et nos oculos cordis non deprimamus in terram sed elevemus in celum, si quod oramus volumus impetrare. Tibi gracias agens. Gracias agebat non pro se sed pro nobis et pro reparacione hominum sic futura.

Unde et quomodo Christus consecrat

856 Benedixit. Cum ad prolacionem istorum verborum Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, sacerdos consecrat, credendum est quod Christus confecerit. Et quidam dicunt quod benedixit. Hanc dicta prius quod per hec verba [illegible] virtute confecit, et postea formam expressit sub qua posteri benedicerent. Ipse enim per se propria virtute benedixit, nos autem ex illa forma qua indidit verbis. Quidam dicunt benedictionem illam fuisse vel aliquod signum quod super panem expresserit. Unde credibile est cum dominus dicit verba dixit Hic est sanguis meus, hoc est corpus meum, mutasse panem et vinum in carnem et sanguinem, quod autem vim contulit verbis illis in posterum. Ideo sic legendum: Benedixit, subaudi dicens Hoc est corpus meum, et tunc fregit et dedit et ait comedite. Et iterum Hoc est corpus meum.

De veritate corporis et sanguinis Christi

Cum enim sacerdos illa verba Christi ubi pronunciat Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, panis et vinum convertitur in corpus et sanguinem Christi ex virtute illa verbi, virtute qua verbum caro factum est et habitavit in nobis. Omnia dixit et facta sunt, mandavit et creata sunt. Unum solum ergo qui

vitam eternam hic desidero carnem
veraciter comedo et sanguinem eius vera
citer bibo Illam utique carnem quam
traxit de virgine, que effudit in cruce
Ergo corde credo et ore confiteor quod ipsum
dominum christum in hoc sacramento manducans
fretus auctore ipsius domini Non enim cum
manducatur per partes dividitur per la
cerationem sub sacramento sicut caro que
venditur in macello, sed illesus sumitur
et integer manducatur Vivit mandu
catus, quia surrexit occisus, mandu
catus non moritur, quia surrexit a mortuis
non moriturus Sicut enim vidua sarep
tena quotidie comedebat et nunquam
diminuebat farina de ydria, oleum
de lechito Ita universalis ecclesia quoti
die sumit et nunquam consumit carnem
et sanguinem ihesu christi sub diversa specie sacra
menti Sicut ergo corpus christi quotidie
manducatur et non deficit nec decres
cit, ita panis quotidie transit in corpus
christi Sicut eciam miraculose integrum
corpus sub tam parva forma conti
netur Ita miraculose corpus sub
singulis partibus continetur vnde cum
quando in quotcumque partes species dividatur
sub singulis partibus totus est christus, totus
in magno totus in parvo, in integro
totus in fracto ¶ Ambrosius Sermo
verbum helie potuit ignem de celo de
ponere verbum christi non poterit panem in
carnem mutare Incomparabiliter
maius est quod deus factus est homo quod
non desinit esse deus quam quod panis
ita fit caro quod non desinit esse panis
Qui manducat carnem meam et bibit
sanguinem meum habet vitam eternam ¶ Christus
surrexit a mortuis iam non
moritur mors illi ultra non dominabitur
quod enim vivit vivit deo iii libri regum
Ex illa die ydria farine non defecit
et lechitus olei non est imminutus iuxta
verbum domini quod locutus est in manu
helye *De fractione*

Fregit Solet queri quid christus in 861
mensa tunc fregit, et quid sacer
dos in altari nunc frangit Dicendum quod
sicut substantia corporis in altari est
ubi forma corporis non videtur Sic ibi
forma panis videtur ubi substantia panis non
est Nec est ibi panis alius panis
quam caro christi quam nomine panis dominus
designat Non debemus autem querere
naturam in gratia neque consuetudinem
in miraculo Dicimus ergo quod panis
forma frangitur et atteritur, sed corpus
christi sumitur et comeditur, ea que nominant
fractionem referuntur ad formam panis, ea
vero que notant acceptionem ad corpus
christi ¶ Fregit scilicet formam panis, dedit
scilicet corpus suum discipulis suis omnibus
scilicet secum discumbentibus dicens Accipite
et manducate ex hoc omnes Discipuli
non susceperunt corpus de manu domini
ut ipsi de manibus propriis sumerent sed
qui consecravit idem et ministravit
Hoc est corpus meum quod scilicet presento vobis
sub hac forma ¶ Panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi vita Quo
ciensque manducabitis panem hunc
et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat

Quale dedit corpus suum christus in cena

Dedit Solet queri quale christus cor
pus suum dedit in cena mortale
an immortale, passibile an impassibile
pro salva fide concedi quod tale tunc dedit
quale tunc habuit mortale scilicet et passibile
Nunc autem sumitur a nobis immortale
et impassibile, nec tale tamen maiorem
efficaciam habet sicut nec maiorem pote
ciam Sed ergo passibile erat et tamen
non ledebatur non erat humane nature
sed divine potestatis qui valebat quicquid
volebat omnino *Si iudas accepit* 864
Discipulis suis *eukaristiam*
Dubitari solet utrum iudas cum
aliis discipulis acceperit eukaristiam

Quidam dicit quod accepit, quidam negavit. Confessio tua quod accepit. Queritur qua racione medicus salutaris medicinam dedit egroto tunc. Non itaque fiat ut suo docet exemplo quod sacerdos non debet negare cum tamen licet sibi notum sit non tamen coram ecclesia est manifestum, ne forte non sit accusator sed proditor. Unde legitur in canone. Prohibeat dispensator pingues ad mensam domini manducare, sed moneat exactorem timere. Porro cum utrumque malum sit reddere suspectum de crimine quod committit crimen, et de duobus malis ad alterum neget minus sit eligendum. Cur districtus sacerdos non neget eukaristiam criminoso quos utrumque malum maneat cum nec debeat venialem mortale peccatum committere ut maius evitet vel ne peccatus reddat suspectum quod manducat indigne. Dicendum nec debeat venialem mortale peccatum committere ne proximum aliud mortale peccatum committat. Eligendum est peccatum sacerdoti non prodere peccatorem quod ut ille non peccaret, sed ille peccatus debet eligere ut abstinendo reddat suspectus quod communicando manducat indigne. Qui manducat panem hunc et bibit calicem domini indigne iudicium sibi manducat et bibit. Probet autem seipsum homo et de calice illo bibat et de pane illo edat.

Quid fiat de corpore Christi comesto

Accipite et manducate. Hoc est intelligendum quod sumptio corporis de manu domini discipuli sibi instituerunt sed qui consecravit idem et instituit utrumque enim hominis sacramenta comestionem designavit. Utrique enim corporis Christi comeditur, quod dupliciter intelligi. Verum quod de virgine traxit et in cruce pependit. Et est mysticum quod est ecclesia spiritu sancto congregata unum corpus comeditur sacramentaliter vel sub specie mystica. Alter comedit spiritualiter vel in fide sub specie panis in fide cordis. Nam qui credit in Christum comedit ipsum quia incorporatur ei, et qui manducat incorporat. Hic autem qui manducat incorporat, et qui manducat incorporatur. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Unus panis, unumque corpus multi sumus in Christo. Qui manet in caritate in deo manet et deus in eo.

De forma verborum

Fortassis cogitacio pulsat animum curiosi querens quid fiat de corpore Christi postquam sumptum fuit et comestum. Audi consilium sapientis. Altiora te ne quesieris etc. Christus vero presentia quidem corporalis in celo queratur ubi Christus est in dextera dei sedens. Sacramentum tenere comeditur et gustatur. Christus corporaliter adest quamdiu corporalis sensus efficiatur corporalis presencia non aufertur. Postquam autem in percipiendo sensus deficiat corporalis inceps non est querenda corporalis presencia, sed spiritualis est retinenda dispensacione completa Christus de ore transit ad cor. Melius enim est ut procedat in mente quam descendat in ventrem. Cibus est non carnis sed anime. Ore comeditur, sed stomacho non digeritur. Reficit animam, sed non effluit in secessum. Si vero queritur quid animum comedatur cum sacramentum comeditur vel quid incorporatur cum sacramentum solum accipiat. Aut si vomitus post sumptionem eukaristie perceptam evenerit. Unde non sane potest dici eukaristia quantum ad non servat per omnia sub specie corruptionis ubi similitudinem, sed quantum ad se non amittit inviolabilis corporis veritatem. Species quidem comeditur, acrimat et manducat, sed veritas inmaculatum corrumpi et inquinari. Sed quidquid sit quid videris noli timere

sibi. sed esto solliciatus tibi ne forte le
daris, si male arcideris a maleficiis
taucis. Afforcia te ne queseris, sed que
precepit deus illa cogita semper, et in plu
ribus operibus eius ne fueris curiosus
Fides non habet meritum cui humana ratio
prebet experimentum. Noli plus sapere quam
oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.
Cur eukaristia sub duplici specie con
Queritur etiam utrum sacratur
additio vel subtractio transpositio
vel mutatio fiat in illa forma verborum
quam Christus expressit, ut si dicatur
addendo hoc est corpus meum quod sumpsi
de virgine. vel subtrahendo hoc est
corpus. vel transponendo ut corpus
meum hoc est. vel imponendo ut hoc
est utique corpus meum. vel mutando
ut hoc est corpus Ihesu. si effectum con
secrationis impediat. Illud pro certo
sciatur quod graviter peccat qui quodlibet
horum quacumque modo mutare attempta
verit, maxime si formam intendat premu
tare vel heresim introducere, quia formam
verborum quam Christus expressit penitus
debet illibatam servari. Si vinum
sine aqua valeat consecrari in calice
Simili modo de liquore sed alterutrum
utrumque sacerdos sumat utrumque in
corporis et sanguinis utraque tamen specie con
secratur, et venia superfluit ut
ostendatur quod Christus humanam naturam
totam assumpsit ut totam redimeret.
Panis enim refertur ad carnem et vinum
ad animam, quia vinum operatur sanguinem
in quo est sedes anime. Ideo panis et
vinum in sacrificio offeruntur que valent
ad tuicionem corporis et anime, ne si sub
altera tantum specie sumeretur ad alterius
tantum putaretur pertinere salutem. Unde
Leviticus: Anima carnis in sanguine est.
Ideo autem per Christi sanguis offertur pro anima

Queritur utrum Si vinum defuerit 872
panis sine vino vel vinum sine
pane non dico debeat in uno sed valeat
consecrari. Si enim post prolationem istorum
verborum hoc est corpus meum et ante
prolationem istorum hic est sanguis meus
per que fit transsubstanciatio impedimentum
accidit sacerdoti ut non valeat procedere
videtur quod panis mutatus sit in
carnem, vino in sanguinem non mutato
quid inde credibiliter in hoc articulo
sentiendum de hoc ita statutum legitur
Si sacerdos egritudinis angustia accidat
eventus quo ceptum consecrationis
nequeat complere misterium, sit liberum
episcopo vel sacerdoti alteri exequi consecra
cionem cepti officii. Alii dicunt quod alius
sacerdos consecrationem repetere debeat
utriusque speciei, qui ut tradit auctoritas non
dicitur iteratum quod nescitur esse factum verum
nec ulla fiat iteratio vel divisio sacra
menti. Consulimus et tamen indicat
ut illa totalis oblatio studiosissime
recondatur, et super aliam totum offi
cium celebretur. Si post consecra
cionem nec vinum nec aqua reperiatur
in calice. Si de vino tantum vel de aqua
tantum fiat consecratio. Si post
consecrationem nec vinum nec aqua re 873
Queritur si vinum in reperitur in calice
invenitur non posse vel aqua tamen
defuerit utrum materie cogente sola ma
teria panis possit in eukaristiam con
secrari, sicut sub sola panis specie
debet eukaristia reservari. Quidam
dicunt quod cum ad verbum et elementum efficiat
sacramentum nec forma verborum nec materia
rerum quas Christus expressit mutari penitus
vel diminui, quia sicut vinum sine pane
nec panis sine vino minime consecratur.
Unde sine aqua de vino mutatur in

calicem, siue ordeum per fermento fer
metur in pane, sicut neutrum perficitur sic
neutrum sine alio transsubstantiatur in carne
quod mutatur in sanguinem. Nota si ne
gligentia euenerit ut post canone et
post consecratione nec vinum nec aqua
reperiatur in calice debet statim infundi
utrumque et sacerdos reiterabit consecra
tionem ab illo loco canonis scilicet Simili
modo postea quam cenatum est usque
in finem. Ita tamen quod illas duas partes
non obmittat que separatim fiunt super
hostiam. Si contigerit casus ut de
simplici vino vel de aqua si fuerit
sine negligentia de qua maior est
et maiori pena emendanda. Si quis
de sanguine Christi stillauit super corporale
recidendum est ipsum corporale et in lo
co reliquiarum seruandum. Si palla
altaris inde tincta fuerit recidenda
est illa particula et pro reliquiis
seruanda. Si super casulam vel super
albam deguttauit similiter fiat. Si
super aliud quodcumque vestimentum
deguttauit comburenda est pars illius
et cinis in sacrario est reponendus.
Si vero in terram ceciderit lingendus
et radendus est locus ille siue la
pis siue lignum siue terra fuerit et pul
uis sacro loco reponendus. Porro
si in ipsum sanguinem musca vel ara
nea vel aliud tale ceciderit quod vix
sine vomitu vel periculo corporis su
mi potest igne cremendum est et sanguis
sumatur. Illud tamen quod intus ceci
derit prius debet in calice vino sepius
perfundi et quanto cautius et diligentius
fieri potest ablui et postea super piscinam
comburi, et illa ablucionem sumat sacer
dos. Que si de corpore domini super pallam
altaris aliquid ceciderit vel super quodlibet aliud
indumentum non madidum, ex vino abluatur
a ministro sumit ipsum vinum. Quod si
in synodo datum reciatur prout diligen
tius poterit sumat et conseruetur in
calice cum vino sumatur si integre
sumi non potest, eo quod ab ore alterius
reiectum est. Si autem super lignum vel lapi
dem ceciderit corpus modus superius
scriptus de sanguine domini tenendus est.
Si de sanguine Christi stillauerit super
corporale, si super pallam altaris vel ca
sulam vel albam deguttauit. Si super
aliquod vestimentum deguttauit. Si
super terram ceciderit. Si musca vel
aranea vel aliquid tale in sanguinem
ceciderit. Si de corpore domini super pallam
vel super aliquid aliud indumentum
ceciderit. Si in synodo datum reiciatur.
Si super lignum vel lapidem ceciderit.
Si de vino vel de aqua tantum fiat
874 **consecratio. De hora institutionis**

Postquam cenatum est Christus post
cenam dedit apostolis corpus et sanguinem
suum ut hoc sacramentum velut ultimum
testatoris mandatum artius memo
rie commendaretur. Unde precipit ecclesia
ut apostoli eucharistiam non cenati
sed ieiunos, non ideo tamen calumpnandum
est ecclesie quod ieiunium non acceperit. Placuit
enim ergo spiritui sancto ut in honore
tanti sacramenti prius in os christiani domini
cum corpus intraret sicut ubique mos
iste seruatur. Non enim quia post cibos
dominus dedit ideo pransi vel cenati deinde
illud accipere quemadmodum illi faciebant
quos arguit apostolus. Saluator
ergo ob causam predictam post cenam tra
dit eucharistiam, cuius ordinem ac de
inceps sumendum disponendum apostolis
reseruauit. Similimodo sicut et calicem
postquam cenatum est dedit eis corpus et
sanguinem suum. Ego dispono vobis
regnum sicut disposuit mihi pater ut edatis

et bibatis super mensam meam in
regno meo. Quod in diversis locis sacrificatur.

Accipiens et hunc preclarum calicem
Continuacio post [illegible] Nam
unus et idem et tunc et nunc et hic et alibi
sacrificatur ab omnibus. Totus est in
celo, totus est in altari simul, et sedet
ad dexteram patris, et manet sub specie
sacramenti. Mirabilis quia liberum dei [illegible]
sacramenta [illegible] tamen sunt in diversis
locis consistit, et non mirabilis quia liberum
hominis [illegible] nam vocabulorum sunt
in auribus diversorum. Aliud quibus notabile
in vero corpore ad patrem nam sic ipse na-
tus de virgine. Dicit ergo Christus in diversis
locis est unus sic in singulis partibus
est totus. Accipiens et hunc preclarum
calicem, preciosus clarum in sanctas
ac venerabiles manus suas. Item
tibi gratias agens benedixit dedit dis-
cipulis suis dicens. Accipite et bi-
bite ex eo omnes. Totum exponit [illegible]
Sumis spiritus [illegible] sua possunt ad
manducandum, et alius quidem
esurit et alius ebrius est. Quare
sanguis Christi dicatur novi testamenti

Hic est sanguis novi et eterni
testamenti. Vetus testamentum
quod hircorum et vitulorum sanguine fuit
confirmatum promittebat terrena, et ideo fuit
id est vetus transitorium, hoc autem novum et
eternum, vel novum dicitur id est ultimum
Novissimum enim hominis testamentum
immobile perseverat, quia testatoris mor-
te firmatur, ut dicit apostolus. Hic est ca-
lix sanguinis mei, continens pro conte-
nto, novi et eterni testamenti
id est confirmator nove et eterne promissi-
onis, misterium fidei quia et aliud
videtur et aliud creditur. Neque
per sanguinem hircorum et vitulorum sed per
proprium sanguinem introivit semel in sancta
eterna redempcione inventa. Si aqua
cum vino vertatur in sanguinem

Queritur utrum aqua cum vino vertatur
in sanguinem. Et non queritur ergo
post unam sumpcionem sacerdos eodem
die iterum communicare non debet ac si prius
aqua bibisset. Nam ideo sacerdos post [illegible]
abluit eodem die iterum non sacrificat quia
vinum purum assumit. Quibusdam vi-
detur quod aqua cum vino transit in sanguinem
ea videlicet racione quod aqua per admixtio-
nem transit in vinum et vinum per consecra-
cionem transit in sanguinem. Aliud autem si
plus apponat aque quam vini erit
irritum sacramentum. Oportet quidem ut
tantum apponat, ut aqua saporem
vini obtineat, licet cum omni studio
vinum optimum sit querendum ut in sacri-
ficium offeratur, vicium tamen vini non
maculat iusticiam sacramenti. Duo
enim sunt nomina vini quod dicitur mustum
sive vinum acidum quod dicitur acetum
in sacrificium offeratur sacramentum
conficitur et dominus constat. Si
vero post calicis consecracionem aliud
vinum mittatur in calicem, illud quidem
non transit in sanguinem, sed sanguini
commiscetur, sed accidentibus prioris vini
commixtum corpori quod sub eis latet un-
dique circumfunditur non madidans circum-
fusum. Dicta sacramenta magis ve-
neranda quam discucienda confiteor.
Testamentum in mortuis confirmatum est.
Sacerdos post sumpcionem ablucionis iterum co-
mmunicare non debet si plus apponat
aque quam vini. Si mustum vel acetum
offeratur. Si ad vinum post consecracionem
mittatur in calicem. Qui pro vobis
et pro multis effundetur quantum ad efficaci-
am et pro multis vel pro cunctis quantum ad
sufficienciam in remissionem peccatorum omni-
bus fidelibus sumentibus. Hoc quocienscumque
feceritis nec nimium diffidatis
ne indigne sumatis, in mei memoriam
facietis, id est recordemini passionis sic.
Quare sub alia specie sumitur eukaristia

Cave
Acetum est vinum
mortuum nisi ad
hunc esset sancitabile
ad bibendum et ita
modicum acidum
[illegible] acetum forte
et iam [illegible] cor-
ruptum non conficitur

Tribus ex causis corpus et sanguinem suum xpc sub alia specie instituit. Primo ad augendum meritum, cum ibi aliud cernitur et aliud creditur ut fides habeat meritum cui humana ratio non prebet experimentum. Secundo ad fomentum fidei ne abhorreret animus quod cerneret oculus, quia non consuevimus carnem crudam comedere nec sanguinem humanum bibere. Tertio ad vitandum ridiculum ne insultaret paganus quod id ageret christianus, ut ita veritas assit et ridiculum desit. Ponitur autem species panis et vini quod in susceptione corporis et sanguinis xpi designatur perfecta esse refectio. Plena quippe refectio est cibus et potus. Cibus autem et potus panis et vinum principalis ... est. Omnes quasi oves erravimus, sed dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum.

Quod pro multis et non pro cunctis sanguis xpi effusus est.

Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Pro solis electis effusus est quantum ad efficaciam, sed pro cunctis hominibus effusus est quantum ad sufficientiam. Effusio quippe sanguinis iusti pro iniustis tam dives fuit ad precium ut si universitas crederet in redemptorem nullum omnino dyaboli vincula retinerent. Quia cum iustus iniuste punitus est, iniusti iuste sunt liberati. Assumpsit enim iniuste penam qui innocens pro omnibus ut daret posse gloriam universis credentibus. Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.

De in perceptione eukaristie periculo est.

Hec quoque cum usque diu differtur. Sciendum ... In perceptione corporis et sanguinis xpi magna nobis adhibenda est discretio. Cavendum namque est ne si nimium differatur mortis periculum incurrat, domino testante. Qui vero si indigne sumat iudicium dampnationis incurrit, apostolo testante. Ideo iuxta vocem ipsius apostoli: Probet seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat. Ingens enim videtur nobis hic utrimque ... ne corporis domini indigne sumendo sumamus iudicium vel sumere cessando mortem incurramus periculum. Necessario ergo sumendus est. Augustinus: ut ... angelo percussore, quia egressi non possumus de egipto nisi celebrato pascha paschalem agnum edamus. Dixerit ergo quispiam cottidie sumendum esse, dixerit alius cottidie sumendum non esse. Faciat quisque quod ... Hic dicit Augustinus: Cottidie eukaristiam sumere nec laudo nec vitupero. Omnibus tamen dominicis diebus hortor. Et tamen mentis in affectu peccandi est, quam magis dico eukaristie perceptione quam purgari ... quos peccato mortali ... si tamen peccandi affectum non habeat voluntatem et ... satisfaciat lacrimis et orationibus. Et hec de illis dico quos peccata mortalia non gravant. Consuetudo tamen in canone est: si non frequentius, ter in anno communicet qui non catholicus ... laicis autem ... In pascha, in penthecoste et in natali. Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit. Probet autem se homo et sic de pane illo edat et de calice bibat.

883

Quod sacramentum altaris est commemorativum et de diversis causis institucionis.

In mei memoriam facietis. Huius sacro... memoria xpi nobis cottidie renovatur ... memoria sicut dicit apostolus. Precedens dominus passionem dicebat: Hoc facite in meam commemorationem. Hanc ultimam sui memoriam dominus nobis dereliquit quemadmodum si quis peregre proficiscens aliquod pignus ei quem diligit

derelinquit ut quociens iterum aspexerit
ipsius debeat amicicias inconari. Item
si is ipse dilexit absque magno fletu
vel desiderio nequit aspicere. Iacob qui sal
vator hoc instituit sacramentum, ne quando
veniat hora eius qua de mundo trans
iret ad patrem, competente suis hereditat
tem constituens visibilem sui memo
riam commendavit. Non enim sola sup
tuarum commemoracionem ad hoc sufficere
indicabat, quin letargicum veniat
egrotum curare. Quia ille qui corporis
assumpsit et animam ut animam salva
ret, et corporibus pigmenta sua provida
caritatis sue arte composuit quibus
letargicum mente egroti renovata
cotidie sue salutis commemoracione ex
citaret et hominem rudem qui libri
antiquum et celum prima quia solidum
cibum ruminare non poterat, hoc dul
cissimo affectu liquamine panis
ac vini sacramento consuefaceret sorbil
lare. Qui quociensque manducabit
panem hunc et calicem bibet mortem
domini annunciabitis donec veniat. hoc
facite in meam commemoracionem. Hic
invitat nos ad gustum sue divinitatis

Sapiencia dei que se per visibilia
manifestat volens erudire
onde quod ipsa est cibus animarum car
nem assumptam in cibulum nobis
condivit ut per cibum humanitatis in
vitaret ad gustum divinitatis. Ergo
ergo se exhibet nobis in cibum ut sicut
divinitate nos reficit quem spiritualiter
corde gustamus, ita humanitate nos
reficiat quem corporaliter ore comedimus
ut ita de visibilibus ad invisibi
lia, de terrenis ad celestia nos trans
ferat, et quia per gustum homo mortem incurrit
per gustum eciam vita acquirit, quia sicut mors
oriebatur inde vita resurgeret. Et ergo
suam erga nos caritatem ostendat et maiorem

erga se caritatem attendat qui dedit
se pro nobis in precium, ipse dedit se
nobis in cibum, ut per precium nos redi
meret a morte, per cibum alet nos ad
vitam. Quid amplius umquam potuit
pro nobis facere? Precium se dedit pro nobis
in morte et cibum se tribuit nobis
ad vitam, ut mortem nostram morte sua
perimeret et vitam nostram sua vita im
mitteret. Panis iste si digne comeditur
impinguat, et calix iste si digne bi
batur inebriat, non corporis sed cor
non ventris sed mentis. Per hoc ergo sacra
menta virtutem vivifice virtutes au
gentur, et omnium graciarum fructus exu
berant. In hoc enim sacramento sunt a
totius et maior qui est fons et origo
totius virtutis et gracie. Per istud ergo in
terim cupit ut nos a peccato per
eukaristie sacramentum liberat nos a vo
luntate peccandi. Nam eukaristia si
digne sumatur eciam liberat a malo,
et confirmat in bono; venialia de
let et cavet mortalia. Dedit ergo christus
nobis hoc sacramentum salutis ut nos cot
tidie peccantes et ipse iam mori non potest
per hoc sacramentum quod in memoria mor
tis eius accipimus remissionem pecca
torum cottidie consequamur. Non solum
enim lavat nos a peccatis nostris in sanguine
suo quando nos sanguinem eius accipimus
in calice sacro. Ascensurus ergo christus
ad patrem quia promisit apostolis cor
poraliter sequentibus vobiscum ero cunctis
diebus usque ad consummacionem seculi vo
luit remanere cum eis non solum per inhabi
tantem graciam nec tantum per divinam essen
ciam sed per corporalem presen
ciam. Ideo sacramentum istud in
stituit in quo presens est ipse nobiscum. Sub
alia quidem forma, sed in propria natura
sua. Propter hoc sacramentum virtute possi

sit ut que de terra sunt in celum ascen
dant. Unus enim et idem est filius
dei qui de celo descendit, et filius ho
minis qui in celum ascendit Christus Ihesus
cui tamquam suo capiti cuncta membra
annectuntur, omnes per fidem hoc sacra
menta servant unitatem spiritus in vin
culo pacis et unum corpus, una per
sona unus Christus caput cum suis me
mbris in celum ascendit. Per id ergo quod
suscepit Christus de nostro et accepimus nos
ipsi de suo tam insolubili nexu con
iungimur, ut quod est unum ad patrem per
ineffabilem unitatem, fiat unum no
biscum per admirabilem unionem
ac per ipsum hoc coniunctione mediante cum
patre unum efficiamur. Ipse enim ad patrem
unum est in natura aut in gloria. Quoniam
qui adheret deo unus est spiritus cum eo.
Gustate et videte quoniam suavis est
dominus. Ego sum panis vivus qui de
celo descendi. Quacumque die comederis
morte morieris. Si quis manducaverit ex
hoc pane vivet in eternum. Calix meus
inebrians quam preclarus est. Si dixe
rimus quia peccatum non habemus nos ipsos se
ducimus. Qui pro multis effundetur
in remissionem peccatorum. Qui dilexit
nos et lavit nos a peccatis nostris in sangui
ne suo. Ecce vobiscum sum omnibus die
bus usque ad consummationem seculi. Nemo
ascendit in celum nisi qui descendit de
celo filius hominis. Sequitur questio

Questio non pretermittenda est silencio
cum consecratio plene et perfecte sit
celebrata nam materia panis et vini
iam transivit in substantiam carnis et sanguinis
quare sacerdos eukaristiam benedictam et bene
dicente benedictionis signum imprimit et
talia subiungimus in canone que
videntur innuere quod transsubstanciacio non sit
consummata. Huius questionis solucionem require
in principio canonis. In canone ad illum
Qui manducat carnem meam et bibit
sanguinem meum in me manet et ego
in eo. Quociens signetur hostia in canone

Sacrificium eukaristie septem vicibus
signatur in canone. Prima vice
ter, ubi dicitur hec dona hec munera hec sac
rificia illibata propter Christum traditum qui
est addo a iuda et a iudeis. Secunda vice
quinquies ubi dicitur quam oblacionem tu
deus digneris facere benedictam ascriptam
ratam ut fiat nobis corpus et sanguis
propter quinque personas venditoris emp
torum scilicet sacerdotum scribarum et phariseorum.
Tercia vice bis ubi dicitur accipiens panem
benedixit et fregit. Similiter et hunc preclarum
calicem item tibi gratias agens benedixit
propter benedictionem panis qui transsubstanciabatur
in carnem et vini quod transsubstanciabatur in sanguinem.
Quarta vice quinquies ubi dicitur hostiam
puram hostiam sanctam hostiam imma
culatam panem sanctum vite eterne et calicem
salutis perpetue propter quinque plagas domini
duas manuum totidemque pedum et unam
lateris. Quinta vice bis ubi dicitur sacro
sanctum filii tui corpus et sanguinem sumpse
rimus propter vincula quibus ligatum est cor
pus Christi, et flagella quibus al[...] ubi dicitur
sanguis. Sexta vice ter ubi dicitur sanctifi
cas vivificas benedicis propter crucifixi
onem que facta est hora tercia linguis
iudeorum ter clamancium crucifige.
Septima vice quinquies ubi dicitur per
ipsum et cum ipso et in ipso est tibi deo patri
omnipotenti in unitate spiritus sancti, ter supra
calicem propter tres cruciatus quos Christus
sustinuit passionis propter passionem
passionis et bis in latere calicis propter fluxum
aque et sanguinis que de latere Christi crucifixi fluxit.
Inter has septem vices sacrificium
signatur duabus vicibus bis, et duabus vicibus
ter, et duabus vicibus quinquies. Septima
vice bis, et ter semel. Sunt omnes quin
que que sunt simul xxv, qui numerus
per se ductus semper in se ipsum redditur
si ducatur in infinitum qualibet cum

multiplicetur eukaristie sacramentum
sed idem est sacrificium. Unde enim sacra-
mento quinque sensus corporis exercentur. Vi-
sus auditus gustus tactus et odoratus
tam colorem Fractionem saporem sup-
acone odorem. Si tamen caro perdat in
spiritum, quia spiritus est qui vivificat, caro
non prodest quicquam. Sic quinque sensus ani-
spirituales exuberant. Visus intellige-
ncie. Auditus obediencie. Odoratus discre-
cionis. Gustus delectacionis et tactus
operis de quibus in ewangelio Domine quinque
talenta tradidisti michi etc. Quaternarius et binarius
et ternarius hic congruit sacramento.
Binarius propter carnem et sanguinem. Terna-
rius propter panem vinum et aquam. Binarius
propter duplicem modum edendi sacramen-
talem et spiritualem. Sacramentalem
sub specie panis, spiritualem in fide cor-
dis. Ternarius propter tria que sunt in hoc
sacramento distincta scilicet forma visibi-
lis veritas corporis et virtus spiritualis uni-
tatis et caritatis, ut ita ternarius
per binarium id est fides trinitatis per dileccionem
dei et proximi operetur. ¶ Volo ut ubi
ego sum et illi sint mecum ut videant
claritatem. Capitulum de eo. Capitulo Quam
oblacionem. Capitulo Qui pridie. Capitulo Unde
et memores. Capitulo Supplices te rogamus.
Capitulo Per que hec omnia. Sunt parvis. De
[illegible] quorundam verborum intelligencia 885

Unde et memores. Nota dominus
ipse precepit ut hec in sui memo-
riam faceremus. Ideo tria hic commemo-
randa proponit ecclesia, scilicet beatam passio-
nem, sanctam resurreccionem, et gloriosam
ascensionem. Quorum primum caritatem accen-
dit, secundum fidem confirmat, tercium spem
magnificat. Caritatem ergo in nobis magis
caritatem accendit quam quod proprio filio suo
non pepercit sed pro nobis tradidit illum. Fi-
dem magis in nobis fide confirmat quam quod
Christus resurrexit a mortuis, et sicut in

Adam omnes moriuntur ita et in Christo
omnes vivificabuntur. Spem magis
magnificat in nobis spem quam quod Christus
ascendens in altum dedit dona hominibus
ut ubi sit ipse illic et minister eius sit.
Nota vero dicit ecclesia memores sic et divine
passionis, statim acerbiorem speciem
ipsius passionis commemorat recolens
in quinque crucibus quinque plagas domini.
Deinde per partes ordine divine passionis
prosequitur sicut subsequens exposicio
declarabit. Abhinc ergo usque dum cor-
porale super calicem removetur passio
domini meditatur. Nam ubi dicit sacerdos
hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam
immaculatam tres cruces super corpus
et calicem simul imprimit. Et cum dicit
panem sanctum vite eterne et calicem salutis
perpetue duas cruces super utrumque facit
separatim significans quod pedes eius
signacula quinque domini in ihesu et vulnera
quod duo manuum totidemque pedum et
vinculatens. ¶ Unde et memores. Abhinc
usque dum corporale desuper calicem remo-
vetur passio domini meditatur. Unde et
ipse sacerdos licet post consecracionem in ex-
pansione manuum tamen hoc in loco pre-
cipue laborabit non tamen mentis devo-
cione quam corporis extensione in cruce fi-
gurans. Non ergo digiti continendi
sunt sed ut quidam perniciosa cautela
faciunt. Tale enim cautissimi si Christum
imitari similiter non studemus. Con-
gruum est ergo ut manus expandam
infra canonem, hoc tamen observato ne
quod extremitatibus priorum digitorum tangat
preter domini corpus. Presbiter autem toto ma-
nus dimittere debet nisi cum crucem post
tamen oblacionem benedicat. Tam dicit Tam
beate passionis et ab inferis resurrec-
cionis. Sed et in celos gloriose ascensionis
sacerdos in memoriam ascensionis bi-
celum prius dum oculos levare debet

hostiam
Unum d(icit) puram hostiam sanctam hosti-
am immaculatam, panem sanctum vite
et calicem salutis perpetue, tres cruces co-
iunctim facit super utrumque et duas sepa-
ratim super corpus et calicem. ¶ Unde
et memores sicut precepisti tui sunt vz (?)
sacerdotes sed et plebs tua sancta scilicet plebs xpia-
nus (?) nec quod plus agit nobis, sacerdotes
paciunt ministro eiusdem filii tui tam
beate passionis qua beatificasti nos re-
dimendo necnon et ab inferis resur-
rectionis qua letificasti nos fidem
nobis tradendo, resurgendi tribuendo,
et in celos gloriose ascensionis tue qua
vere glorie apparens spem nobis pa-
tre veniendi tribuisti. Offerimus pre-
clare id est pre ceteris clare maiestati tue.
Nam si iusti fulgebunt sicut sol,
quanto magis divina maiestas preful-
get. De tuis donis id est de frugibus sege-
tum quantum ad panem qui est con-
secratus in carne. Ac datis id est frugi-
bus arborum quantum ad vinum quod est
consecratum in sanguinem. De his
inquam et illis offerimus hostiam pu-
ram quantum ad cognicionem cogitacionis,
Sanctam quantum ad locucionem, Immacula-
tam quantum ad operacionem, quia peccatum
non fecit, nec inventus est dolus in
ore eius. Panem sanctum scilicet sanctificantem
datorem vite eterne quantum ad stolam
carnis, et calicem conservantem salu-
tis eterne, quantum ad stolam anime. ¶ Unde
et memores. Abhinc usque dum corporale
desuper calicem removetur passio domini
memoratur scilicet ea que secuta sunt que est
passione gesta sunt in quinta (?) feria cena
igitur in primo sero exiit in monte oli-
veti et progressus pusillum procidit in fa-
ciem suam orans et dicens pater si fi-
eri potest transfer calicem hunc a me, et sic
ter abiit et oravit eundem sermonem.
Et factus est sudor eius sicut gutte
sanguinis decurrentes in terram. Tunc
venit ad discipulos dicens Surgite

eamus. Ecce appropinquabit qui me tra-
det. Traditor autem dedit eis signum dicens
quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum
et confestim osculatus est eum. ad capitulum
Sicut accepta habere dignatus es
Illud addidimus sicut filius munus
non comprimit qualitatem. Multo quippe
acceptius est hoc sacrificium quam
quod obtulit abel vel abraham vel
melchisedech. Habet enim amplius
res quam umbra, veritas quam figura.
Propterea (?) ergo filii magis quam qualitatem
debemus attendere verum non solum
in offerentibus sed in ipsis oblacionibus
debemus similitudinem invenire. Tria enim
vetera sacrificia novum hoc sacrificium
figurabant. Primum enim per primum
abel offerentis de primogenitis gregis
in quo christus figuratur primogenitus in
multis fratribus. Qui sicut abel in-
vidiose fuit interfectus a fratre, sic ipse
malicose occisus a populo iudeorum.
Secundum sacrificium abrahe dilacio (?) et cum
filium offerentis in quo passio domini
designatur de qua dicit apostolus Proprio
filio suo non pepercit deus etc. Tercium
non melchisedech tam ipse nomine
quam sacrificium prefiguravit. Unde in psalmo dicitur
Tu es sacerdos in eternum secundum or-
dinem melchisedech. ¶ Supra que
propicio id est placabili ac sereno id est pro-
spero vultu respicere digneris et accepta
habere, sicut accepta habere dignatus es
munera pueri tui iusti abel. Abel
dicitur puer non tamen a puericia sed a puritate
devocionis quia accepit deo munus in
corde suo obtulit holocaustum. Et sacri-
ficium patriarche nostri abrahe. Abraham
dicitur patriarcha non tamen respectu plebis
sed et patri ... illius per carnem sumus
per fidem. Et quod tibi obtulit summus
sacerdos tuus melchisedech quia

hic verte ad ubi signum



ver f. 105r

centes/ quia viderunt mirabilia hec
et quia deus visitauit plebem suam. Tunc
enim cantabant alleluia in iubilo et omnis
plebs ut vidit dedit laudem deo/ et
omnis populus gaudebat in vniuersis
que gloriose fiebant ab eo. Quomodo canta
bimus canticum domini in terra aliena. Heu
michi quia incolatus meus prolongatus est. Predicante
iohanne quemadmodum xpistus tacebat quia non
predicabat apte. Sed ut ewangelista ait
postquam traditus est iohannes venit ihesus
in galileam predicans ewangelium regni.
Cuius sermonis in benedictionibus
de benedictionibus metet vitam eternam.

De sessione sacerdotis

Hactenus seorsum scribent sacerdos malarum victor
cogitacionum, demumque victoriam signis
secundo/ cum victo temptatore sedente
et imperante ministrabant angeli. Ses
sio sacerdotis victoriam consignat, quia per
ieiunium vicit dyabolum. Nam relinquit eum
temptator etc. Surgit tandem ad si
nistrum altaris accedens pronunciat
ewangelium signans quod xpistus non venit vocare
iustos sed peccatores ad penitentiam. Per dex
tram enim iusti, per sinistram peccatores
intelliguntur, quia dominus in iudicio statuet
et oues a dextris, edos a sinistris. Le
uat etiam planetam in dextrum humerum
ut expeditum se a terrenis affectionibus
demonstret ad ewangelizandum
cadem quod racione planeta dyaconi
in sinistro humero ponitur in aduentu
et quadragesima. Si sacerdos sine
ministris celebrat surgit a sede et ostu
lans altare ad sinistram eius portat
librum, eleuans planetam in dextrum
humerum pronunciat ewangelium.

Quare dyaconi osculat

Dyaconus osculatur dex
tram sacerdotis, quia predicare ewangelium
gelizare debet pro gloria sempiterna non pro
commodo temporali, comedere debet ut ewan
gelizet, non ewangelizare ut comedat.
Cum dyaconus lauatus est, ewangelium dex
tram sacerdotis osculatur et codicem ewangelii
accipiens de altari benedictionem postulat
a sacerdote et quandam reuerenciam exhi
bet sacerdoti scilicet planetam ex parte
de et detrahendo. Quo facto precedit
ad pulpitum precedunt autem eum duo
ceroferarii candelas portantes cum
subdyaconus et vnus thuribulum ferens et incensum
subdyaconus etiam precedit cum ferens
puluillum quem subponit libro in pulpi
to, precedit ergo dyaconus cum silencio
nil ferens nisi codicem ewangelii et as
cendens in ambonem versus aquilonem
salutat populum dicens Dominus vobiscum.
Chorus ergo stans deuote vidit Et
cum spiritu tuo Statimque dyaconus subdit
Sequencia sancti ewangelii Et chorus vidit
Gloria tibi domine. Ewangelium, lex et prophete
usque ad iohannem, et ex eo regnum dei ewan
gelizatur.

De acceptione plenarii 822

Textus ewangelii sumitur de altari
quia de syon exibit lex, et verbum
domini de ierusalem. Non itaque moysaica
lex sed ewangelica. Lex moysaica quippe
scripta fuit in tabulis lapideis, sed lex
ewangelica scribitur in tabulis cordis di
gito dei. Illa dabatur populo duro ceruic
hec datur obedientibus. Ewangelium
Ego vox clamantis in deserto parate vias etc.
Lex per moysen data est gracia et veritas
per ihesum xpistum facta est. Qui post me venit
ante me factus est. Ecce agnus dei ecce
qui tollit peccata mundi. Curam illius
habe, et quodcumque supererogaueris ego cum
rediero reddam tibi. Cum audisset
iohannes in vinculis opera xpisti mittens duos
de discipulis suis ait illi Tu es qui ve
turus es etc. Amen dico vobis inter natos
mulierum non surrexit maior iohanne baptista.
Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis

De benedictione quam dyaconus re

Dyaconus a sacerdote benedictionem
postulat, quia nullus debet p
dicare nisi mittatur. Sacerdos ergo vi
sibiliter benedicat dyaconum quod non fe
cit subdyacono quia deus invisibiles
manet leges et prophetas invisibiliter
misit, sed postquam in terris visus est et cum
hominibus conversatus est apostolos et
ewangelistas visibiliter misit et donavit.
Propheta. Ecce dies veniunt dicit dominus et co
summabo testamentum super israel non secundum quod
dedi patribus eorum, sed leges meas scri
bam in corda eorum. Propheta. Populus quem non
cognovi servivit mihi etc. Apostolus. Quomodo
predicabunt nisi mittantur. Cristus. Eun
tes inquit predicate dicentes quia appro
pinquabit regnum celorum. Designavit
dominus et alios lxxii, et misit binos
ante faciem suam in omnem civitatem
et locum quo erat ipse venturus. Presentes
lucerne miraculorum et odorem bonum

De hiis qui precedunt cum incensu

Duo ceroferarii precedunt dyaco
num portantes candelas accen
sas, quia predicator debet accendere desi
derium et gaudium in cordibus audi
torum, quatenus libenter audiant, et gratan
ter obediant. Tercius acolitus precedit
ferens thuribulum et incensum, quia
predicator debet ex se odorem bone
opinionis emittere. Nam cuius vita
despicitur. Quo facto procedit ad pul
pitum precedunt autem cum duo ceroferarii
candelas portantes accensas, et unus
thuribulum ferens et incensum. Cristus
dignus est operarius mercede sua. Apostolus.
Qui altari deserviunt de altari vivant
etc. Ecce ego mitto vos sicut agnos
inter lupos. Nolite ergo portare sacculum
neque peram neque calciamenta etc.

De subdyaconus precedit dyaconum

Subdyaconus precedit dyaconum
ferens pulvillum quem supponit li
bro quia auditores qui primerata la

borem predicanti sibi necessaria ministrare
debent. **De ascensu et descensu**

Procedit ergo dyaconus ad sil...
nichil ferens nisi codicem ewangelii
quia dominus precepit. Neminem per viam
salutaveritis, et nil tuleritis in via. Pre
cedunt etiam ab uno parte precedit
ad legendum ewangelium, et ab altera re
dit, quia apostoli primus predicaverunt in
deis, et postea predicaverunt iudeorum ge
tibus. Apostolus. Quia repulsistis
verbum dei et indignos vos fecistis
eterne vite, ecce convertimur ad gentes. **De**

Dyaconus ascendit **ambonem**
ambonem ut amiciet ewangelium
ut ex ipso statu amoneat quod qui
sursum ad deum desiderando venit
tat apostolus stare debeat in monte alte
tum, et imperio propheticam exaltare debet in
fortitudine vocem suam. Tua enim
fortitudine stola designat que super
humerum posita inde usque ad sinistrum
cionem lumborum declinat, ut sit forcior
ad laborandum, et fortior ad contra
pugnas libidinum. Humerus enim
ad quod est fons ... ...
rium et non fluit imperium liberum
nisi de libano et de corporali ...
candidus. Propheta. Super montem ex
celsum ascende tu qui ewangelizas
Syon. Cristus videns autem turbas ascen
dit in montem et apiens os suum docebat
bat eos dicens beati pauperes spiritu quoniam
... quia tu etc. **Quare**
versus aquilonem legit ewangelium

Faciem autem versus aquilonem
opponit ut ostendat predicacionem
contra cum spiritu ... quod
... sedem meam ad aquilonem
et similis ero altissimo. Ab aquilone
pandetur omne malum etc.
Ab aquilone propheta flamma in forti
tudine qui ... etc. Apostolus.

Dicatur in mundum ut saluetur. De sa-
Stans autem in ambone lutatione
salutat populum dicens Dominus vobiscum
illud observans quod Dominus iussit in quam-
cunque domum intraveritis primum dicite pax
huic domui. Stans ergo populus quod ante
non fecerat devotus et attentus vide-
licet tunc sponso tuo. Et statim quoque dyaconus
ut eos benivolos reddat et dociles sub-
dit: Sequentia sancti evangelii. Et chorus ad re-
verentiam et honorem verbi: Gloria tibi Domine
glorificantes deum qui misit eis verbum
salutis. Et tunc debet dyaconus signare
se debere signo crucis in fronte signa-
re se debet in ore signare se deinde in
pectore, et signare librum et osculari.
Spiritualiter se signare debet etc.
Ipse hoc dyaconus munit se signaculo
crucis, ne dyabolus qui bonis insidiatur
operibus tollat devocionem cordis et sermo-
nem de ore. Debet itaque signare se in
fronte in sede verecundie quasi
dicat: Ego autem non erubesco evangelium. Sig-
nare se debet in ore quasi dicat: Ore
confessio fit ad salutem. Signare se deinde
in pectore quasi dicat: Corde creditur ad iusti-
ciam. Debet etiam signare librum
et osculari quasi dicat: Hic est liber crucifixi
super quem reconciliationem accepimus.
Tunc hec dyaconus etc. In actibus
apostolorum glorificamus deum dicentes
ergo et gentibus dedit deus ad vitam.
Nam qui me erubuerit et meos sermo-
nes hunc filius hominis erubescet dum
venerit in maiestate sua et patris et
sanctorum angelorum. Crucis signum cur ab 825
Est autem signum crucis sit faciendum
faciendum seu componendum tribus
digitis, quia sub invocatione trinitatis
exprimitur. Itaque quod de superiori descen-
dat in inferius et a sinistra transeat in
dextram, quia Christus de celo descendit ad
terram, de inferno transivit ad paradisum.

Et nos signum crucis producimus a sinis-
tra in dextram quia de miseria debe-
mus transire ad gloriam sicut Christus de morte tran-
sivit ad vitam. Ceterum Hugo dicit autem
absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu
Christi etc. Crucem appendunt tribus digitis
molem orbis etc., apostolus. De dignitate evangelii 826
Sane sicut caput preminet cetero cor-
pori et cetera membra subserviunt
sic evangelium toti officio preminet et omnia
que ibi leguntur et cantantur intellectua-
li racione illi consenciunt. Ab ini-
tio erat verbum quod erat in principio apud
deum omnia per ipsum facta sunt etc.
Unde multi presbyteri intitulant in fine
presbyteri quia hoc est finis consummans
sed non consumens, alpha et o, ini-
cium et finis. Vidit deus que fecerat
et erant valde bona. Quomodo dicitur optimum
et omne donum perfectum desursum est descen-
dens etc. Quare post evangelium
liber et thuribulum deferuntur.
Evangelio lecto liber et thuribu-
lum ad sacerdotem reportantur
quia ad eum omnia bona sunt referenda
a quo cuncta procedunt. Sacerdos vero
thus odorat et codicem osculatur, quia quod
Christus inspiravit et docuit hic approbat
et accipit. Deus enim nichil accipit nisi
quod efficiat nec remuneret nisi quod donat.
Lecto igitur evangelio liber et thuribulum
ad sacerdotem reportantur et sacerdos thus
odorat et codicem osculatur. De
Quia vero corde creditur Symbolo 827
ad iusticiam ore autem confessio fit
ad salutem ut ostendat ecclesia quod evangelii
verbum recepit mox fidei symbolum
ore decantant. Quod autem sacerdos inci-
pit ut significet quod omne bonum a deo
procedit. Symbolum autem grece latine
sonat indicium sive collacio, tum quia
regulam fidei plenam tenet, tum quia in unum
simul continet articulos fidei. Tradunt enim
quod postquam apostoli spiritum paraclitum acceperunt

tum iam forent profecturi ad predicandum collectum consentientes in unum simul articulum fidei statuerunt ut sicut omnes erant in una fide ~~toti~~ concordes sic omnes unam fidem concorditer predicarent et ideo symbolum componentes unusquisque symbolum id est particulam unam apposuit. Unde in sermone apostolorum cathalogus in particulas duodecim distinctus obtinet. Symbolum ergo pro collectum fidem pro predicationem ostendit. Deinde sacerdos incipit symbolum Credo in unum deum. Et chorus id cantando prosequitur, quando scilicet dominica dies est vel alie sollempnitates de quibus aliqua mencio fit in symbolo. Hec eo loquente multa acciderunt in eum

829 Quibus diebus symbolum sit dicendum

Symbolum autem in illis sollempnitatibus cantari debet ad missam de quibus aliqua mencio fit in symbolo, videlicet omnibus dominicis diebus, Natali domini, Epyphania, In cena domini ubi crisma conficitur, In pascha, Ascensione, Penthecoste, omnibus festivitatibus sancte marie, sancte crucis, apostolorum, dedicacionibus ecclesiarum, et commemoracionibus omnium sanctorum infra octavas predictarum sollempnitatum. Quidam etiam symbolum dicunt in festo sancte marie magdalene dicentes illam apostolam esse apostolorum, quod ipsa resurrectionis gaudium apostolis nunciavit. Amplius fides est ex auditu, auditus autem per verbum christi. Quare diaconus aufert plenarium inter symbolum

Quando symbolum dicitur subdyaconus capitum circumfert plenarium omni clero et religiosis osculandum, significans quod ad minorum pertineat clausum, quia per predicacionem verbi cepit lex archa[n]a apertam, unde fidem exigit, quod antea gestabat clausam. Vobis datum est nosse misterium regni dei ceteris autem in parabolis. De offertorio

Dicturus sacerdos orem primum dicit dominus vobiscum, quod nisi nobiscum sit dominus ad salutem nostram orare non possimus. Statim ait canit offertorium, trahens nomen ab offerendo, quia dum offerenda cantatur sacerdos accipit oblaciones a populo vel hostias a ministro. Credo connumerans ut post predicacionem sequatur fides in corde, laus in ore, fructus in opere. Fides in symbolo, laus in offertorio, fructus in sacrificio. Symbolo dicto sacerdos versus ad populum dicit dominus vobiscum. Et quasi ad altare dicit Oremus sine oracione. Et statim chorus cantat offertorium. Interim sacerdos accipit oblaciones a populo, nam ordine preposteros demum acceptis offertur. Postquam hostia posita in altari sacerdos totus circa eam debet esse intentus. Hec est circuibo et ymolabo in tabernaculo eius hostiam vociferacionis cantabo.

831 De silencio post offertorium

Post hoc sacerdos silencium solitus dicitur petit in meditacionem dominice passionis id insinuans quod post resuscitacionem lazari cogitaverunt eum interficere. Ihesus non palam habitabat apud eos sed abiit iuxta desertum et morabatur ibi. Silencium igitur sacerdotis latibulum christi significat. Post ~~resurreccionem~~ resuscitacionem lazari collegerunt pontifices et pharisei concilium et dicebant. Quid facimus quia hic homo multa signa facit. Ab illo ergo die cogitabant ut interficerent eum. Unus autem ex ipsis caiphas prophetavit. Ihesus autem iam non in palam ambulabat apud iudeos, sed abiit in regionem desertum in civitatem que dicitur effrem et ibi morabatur cum discipulis suis. De ablucione manuum sequitur

831

O vide an sequentes ista prolatur ubi eadem materia tenetur

de f. 107r

tenentes filii tui vocari mereamur
et esse ¶ Adveniat regnum tuum quod do-
no spiritus intellectus aug. gratia gule nau-
fragium evadamus quibus per abstinencie
donum mundicia cordis habentes intelli-
gamus in presenti te regnare per fidem
ut in futuro visionis tue beatitudine
mereamur perfrui ¶ Fiat voluntas
tua in nobis quod domine spiritus consilii infu-
sione ut eius instinctu avaricie mor-
bum largitatis dulcedine curantes
misericordes ad omnes esse et ante misericordiam
consequi valeamus ¶ Panem
nostrum cottidianum da nobis hodie, quod
domine spiritum fortitudinis nobis infun-
dendo cum virtute tristiciam simul et
leticia mundi delectationes vite desideria
pellentes sic in presenti regni celorum iusti-
ciam esuriamus ut cum apparuerit gloria
tua saciari mereamur ¶ Et dimitte nobis
domine quod debita nostra sicut et nos dimit-
timus debitoribus nostris spiritus scientie eru-
dicione ut eius doctrina rubigine in-
vidie caritatis igne consumentes pec-
cata nostra humiliter agnoscendo et
aliena fideliter ignoscendo, sic utique
lugeamus temporaliter ut eterna consolacione
perpetue gaudeamus ¶ Ne nos inducas
quod domine in temptacionem carnis mun-
di et dyaboli, spiritu pietatis nos protegen-
do cum obumbracione fervencium irarum
pacie facto declinantes mansueti ad
omnes sic in pacientia nostra animas nostras
in presenti possideamus ut terram viven-
cium possidere mereamur ¶ Libera nos
a malo quod opere et timore deus spiritu
timoris nos confirmando ut cum ma-
gistris mortiferum superbie timore sa-
lubri facta humiliamur cum principes pau-
peres spiritu efficiamur quibus in humilitate
cordis et omni tenore conceptu perfecte
virtutis regnum celorum nunc est sic finem

decamus ¶ Celi enarrant gloriam dei
quod oculus non vidit nec auris audi-
vit etc. Omnia oratio hec decausis
aliis orationes precellit Auctoritate quia
ipsius salvatoris ore prolata est Bre-
vitate quia facile discitur et profertur Suf-
ficiencia quia continet utriusque vite
necessaria Fecunditate quia multa continet
sacramenta, et quia est satisfactio vel
aliud ut augustinus dicit Septem sunt peticio-
nes orationis dominice per acceptaciones bene-
volentie quibus petimus vii dona sancti
spiritus que enumerat ysaias per quod petimus
vii virtutes, per quas liberemur a vii vi-
ciis principalibus pervenimus ad vii bea-
titudines quas cum virtutibus enumerat dominus in
evangelio Harum peticionum prime tres
spectant ad patriam, ultime tres ad vi-
am, medie ad utrumque Dominus itaque
oratione scrutatus est ordine dignitatis
descendendo, quam concordat cum domino
Doctores vero in exposicione scrutantur
ordine temporis ascendendo quam con-
datur cum virtutibus Dona namque dei spi-
ritus ad yma descendunt, ut ysaias
enumerat virtutes quas de ymis ad summa
conscendunt ut dominus in evangelio enu-
merat Unde peccator plus potest enim
omne bonum adeunt, et omne malum abeunt
¶ Da nobis spiritum sapiencie contra luxuri-
am Beati pacifici quia filii dei vo-
cabuntur Da nobis spiritum intelligen-
cie contra gulam Beati mundo corde etc.
Da nobis spiritum consilii contra avariciam
Beati misericordes etc. Da nobis spiritum forti-
tudinis contra accidiam Beati qui esuri-
unt et siciunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur Da
nobis spiritum sciencie contra invidiam Beati qui
lugent quoniam ipsi consolabuntur Da nobis spiritum pietatis
contra iram Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram
Da nobis spiritum timoris contra superbiam
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum
celorum De silencio post dominicam orationem

906.

Libera nos quesumus domine hic secreto secretum silencium quietem innuit dominice sepulture de triduo mortis sue dominus psalmista predixerat. hodie et cras sanitates perficio et tercia die consumor. Tercia dicit prima die mortis mee intrans infernum tollam demoni tyrannidem suam in tercio educam captiuitatem sanitati et libertati donato tercio portam paradisi eis aperiam liberans eos a malis preteritis presentibus et futuris. et dans eis pacem in qua sint semper a peccato liberi et ab omni perturbacione securi tercia die resurgam confirmatus

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis ut ea per cordis contricionem et oris confessionem et operis satisfaccione delere valeamus presentibus ut instanciam corporis temptacione tua virtute possimus futuris ut insidias eorum gracie tue munitione precaue mereamur et intercedente pro nobis dei genitrice maria cum omnibus sanctis non meritis nostris exigentibus da propicius pacem ut de pace temporis pacem pectoris veniamus ad pacem eternitatis. In diebus nostris ut secura et mente fruamur ut ope misericordie tue adiuti non ope iusticie mee et a peccato simus semper liberi voluntate et accione et ab omni perturbacione mentis et corporis simus securi per xpm dominum nostrum.

Sabbato mulieres que passione vngenta siluerunt sabbatum propter preceptum legis domini descendens ad inferos ad inferos fortem superueniens fortem spoliauit armatum. De resuspiracione pa-
tene

157 905 Post dominicam oracionem sub diaconus representat patenam quam sacerdos accipiens osculatur et cum ea signum crucis super se facit in facie hec significant mulieres que venerunt vespere sabbati ad monumentum portantes patenam id est cor patens latitudine caritatis in obsequium sepulture. Sicut legitur maria magdalena et alia maria emerunt aromata ut venientes valde mane ut est patena

Dominice ad iuniorem hanc ergo patenam id est cor amplum latitudine caritatis sacerdos id est xpc acceptat. Sicut non sua caritate ardentes querebant eos cum ad patenam signat in facie sacerdotis. Statimque sacerdos osculatur patenam ostendens quod xpc impleuit desiderium mulierum et occurrens illis ait auete et accesserunt et tenuerunt pedes eius. Vespere sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdalena et ceteri emerunt aromata ut venientes vngerent ihesum et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti. Ihesus occurrens eis dixit aue. Tunc paruerunt timentes pedes eius et adorauerunt eum. Haut dubium quin pedes eius osculati sunt. De fractione hostie

904 Tunc sacerdos frangit hostiam in tres partes et duabus extra calicem retentis cum tercia signum crucis facit ter super calicem de quo dominus dicit remouit corporale et alta voce dicit pax domini sit semper vobiscum. Tunc particulam hostie dimittit in calicem. Sacerdos frangit hostiam ut in fractione panis dominum cognoscamus ut illi duo discipuli cognouerunt quibus ipse dominus apparuit euntibus in emaus. Quid tres partes significent que fiunt per sacerdotem.

Quid autem partes significant dominus innocencius papa sic determinat. Corpus xpi est vniuersalis ecclesia scilicet caput cum membris. In hoc corpore tres partes sunt ex quibus totum corpus consistit prima pars corporis xpi quod caput alteraque pars anime sanctorum que cum xpo regnant. Hec due partes extra passionem sunt que per calicem designatur. Tercia in altare dne partes ex calice resignat tercia pars in calice posita significat eos qui adhuc

mtra passionem sunt donc ad capt sim
cifcat ubi cu corregnabunt. aliqui cum
alias tones induat dicens. In tribus
ptibus cintas una continetur. dona pe
de situs sintax ad laudem & glam dei p
animabus sanctorum cu xpo regnancium
Illud p illis qui in purgatorio sunt. tercia
p vivencibus qui voluuntur in sangne
i. in pcto. Commixtio corporis & sanguinis
significat unione corporis & aie que
in resurrectone eius denuo sunt unite
Et io signum crucis ter dicta ad hos
tia sup calice. qa virtus trinitatis aiam
cristi xpi reduxit ad carne. Vel ideo
tres cruces cu hostia fiunt sup os ca
licis. qa tres mulieres qrebant cruci
fixum ad ostiu monumenti. De quo
dyaconus removit corpale qa an
gelus revolvit lapidem ab ostio mo
numenti. Angelus dni descendit
de celo & accedens revolvit lapidem
& sedebat sup eum. De agno dei &c.

Deinde sacerdos alta voce pnun
cians. Pax dni sit sp vobiscu
insinuat q ihesus stetit in medio
discipulorum dicens eis. Pax nobis. Qua
si statim ut salutavit eos dedit eis
ptatem dimittendi pcta dicens. Quorum
remiseritis pcta &c. Ideo chorus cla
mat ad ipm dicens. Agnus dei. qd
ter canit. ut cogitacionis locucionis
& opis nobis pcta donentur. Antiquitus
itaqz tribus vicibus uniformiter dicebā
tur miserere nobis. Postea vo multis
adversitatibus ecclie ingruentibus cepit
ad dnm de tribulacione clamare. Dona
nobis pacem. Et ut clamor eius fa
cilius audiatur in ipa ymolacionis
hora instituit clamandum qui dicit
Agne dei miserere nobis quantum ad a
nimam. miserere nobis quantum ad
carnem. Dona nobis pacem in utroqz

ut heamus pacem pectoris spiritualem &
pacem corporis tpalem. De osculo pacis

Cum dns dixisset. Pax vob. In
sufflavit & ait. Accipite spm
scm. ad qd designandum sacerdos dat
osculum pacis ministro. qui tenens
inclinans pectus ipius osculatur &
planetam extendit ut p pacis oscu
caritas extendatur que p planetam
designatur. Vel ideo caritas dei diffu
ditur in cordibus nris p spm sanctum
qui datus est nobis & aplus. Ideo oscu
lum pacis diffunditur p omnes fideles
in ecclia. In primitiva quidem ecclia
singulis diebus qui intererant misse
communicabant. Sz crescente fidelium
multitudine statutum est ut tm diebus
dnicis communicarent. Postea vero nec
hoc digne potuit observari. Tercia
insccia est institutum ut ter saltem
in anno quilibet xpianus communicaret. Sc
mento remedio ut omni die osculum
pacis daretur p misterio unitatis. Quod
cu sacerdos tradit dicit. Habete vinculum
pacis. qui dicat. Sumite corpus omnes
vel accipite & dividite inter vos. qa
vos p ymolacionem hostie salutaris di
misse pacis reconciliavit deus. Vel
pacis osculum tunc accipit cu ymola
cionis misterium celebrat. Tunc sacerdos ca
licem dicit. Per eundem dnm nrm frangit
hostiam ex dextro latere signans dmca
lateris passionem. Deinde maiorem ptem
in duo frangit & duas ptes in pate
nam ponit. unam ptem in manu tenens
Tunc accedens dyaconus corpale remo
vet de calice. Dum sacerdos alta voce dicit
p omnia secla seculorum Amen dicit. Pax dni
sit sp vobiscum. Sacerdos tres cruces fac
sup os calicis cu hostia. Ac nono dicto
dimittit hostiam in calice dicendo

oracionem et fiat commixtio etc. Item can-
tat chorus Agnus dei etc. tunc sa-
cerdos inclinans dicit oracionem Domine ihesu xpe
Dixerus at pbz osculum oris instrudi-
ens hoc est vinculum pacis et ca. Minister
vero inclinans veniens pectus osculatur
sacerdotis et casulam ostendit et tacta
hic. Osculum vero pacis diffunditur per
omnes fideles in ecclesia. Cum pacem da-
mus inimicum dicimus viassim pax
tecum. Et cum spiritu tuo. Deinde sacerdos
inclinans ante altare dicit oracionem Domine
ihesu xpe etc. Perceptio vero. Accipiens pa-
tenam cum hostia dicit Domine non sum
dignus etc. Cum sumit corpus dicit
Panem celestem etc. Sumpto corpore dicit
Corpus domini nostri ihesu xpi etc. Et accipi-
ens calicem dicit Quid retribuam domino etc.
Quo sumpto dicit Corpus et sanguis domini
nostri ihesu xpi etc. Post sumptam euka-
ristiam sacerdos abluit patenam et
calicem et articulos manuum ne quid
maneat remaneat ex tactu diuini mis-
simi sacramenti. Prima ablucio de vi-
no fiat secunda de aqua quas sumet sa-
cerdos. Tercia fiat super piscinam. Ante ablu-
cionem debent communicare qui voluerint.
Interim quod communio cantatur postquam
omnes communicaverint sacerdos versus ad
populum dicit Dominus vobiscum. Deinde oro sive
oraciones que eodem modo et ordine oro-
nibus ante epistolam et secretis ante prefa-
cionem debent dici. Sunt utique oraciones
pro eis qui iam communicaverunt mani-
feste ponitur, quod aut ipsas communicat
qui pro eis orare voluerint. Hiis fini-
tis sacerdos versus ad populum novissi-
ma salutacionem dicat, et ad altare gd-
titur. Deinde dyaconus dicat Bene-
dicamus domino, quibusdam diebus dicit Ite
missa est. Et cum gloria in excelsis deo
plerumque dicuntur duo versus. Deinde sa-
cerdos versus ad populum benedicat eis

suo crucis signaculo sub nomine trinitatis
Finitis omnibus sacerdos osculatur altare
dicens Placeat tibi sancta trinitas. Deinde
sacris vestibus se exuens dicit ympnum
Trium puerorum. Ultima meta sacer-
Ebolcatam canonalem excommunicacionem
subiacebit quicumque sacerdos eidem
ympnum post missam dicere neglex-
erit. Deinde Benedicite. Laudate dominum in sanctis eius.
Nunc dimittis cum Pater noster et orationibus ad
hoc competentibus cum oracione Deus qui
tribus pueris etc. cum gratiarum accione. Pro-
cedum quod non liceat presbitero coram episcopo
non eo iubente evangelium legere vel predicare
vel sacrificare vel populum benedicere. Bene-
dictionem evangelii benedictionem petat ab episcopo sa-
cerdos cui inclinatur episcopus quando
in ultima benedictione. Cum duo disci-
puli etc. Duo discipuli ibant in castellum
nomine Emaus. Ihesus iunxit se eis
in via, oculi eorum tenebantur ne eum
agnoscerent, et mandavit cum illis et
cognoverunt eum in fractione panis.
Cum hec dicerent stetit ihesus in medio
eorum et dixit eis Pax vobis ego
sum nolite timere. Videte manus
meas et pedes meos quia ego ipse
sum, et ostendit eis manus et latus
et dixit Palpate et videte, quia spiritus
carnem et ossa non habet sicut me
videtis habere. Hec cum dixisset insuf-
flavit et dixit Accipite spiritum sanctum
quorum remiseritis peccata remittuntur
et quorum retinueritis retenta sunt.
Undecim discipuli in galilea videntes
dominum adoraverunt, et dixit eis Data
est mihi omnis potestas in celo et in terra. Eun-
tes docete omnes gentes baptizan-
tes eos in nomine patris et filii et spiritus
910 sancti. De ablucione manuum

Post sumptam eukaristiam sacerdos
manus abluit, quia indignum est
quod manus que corpus incorrupti-
bile tractaverunt corruptibile corpus tangant

gauit non studiose lauentur ¶ Ablucionis aut aqua debet in loco mundo honeste diffundi / ut altitudo sacramenti reuerencius honoretur ¶ Trina sacerdotis ablucio que fit in principio in medio in fine designat mundiciam cogitacionis locucionis / accionis / ad quorum mundiciam offertur hostia salutis ¶ Hec tamen oblacio refertur ad ablucionem baptismi cuius formam xpc instituit post resurreccionem dicens ¶ Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti

De communione 312

Antiphona que post communionem cantatur / et communio dicitur propter gaudium significat de xpi resurreccione / secundum illud ¶ Gauisi sunt discipuli etc

De ultima oracione

Peracta graciarum accione sacerdos eleuatis manibus ultimam oracionem dicit benediccionem illam significans qua xpc ascensurus dedit discipulis / secundum illud ¶ Eleuatis manibus ferebatur in celum et benedixit eis / ¶ Unde post salutacionem nouissimam qua sacerdos facit ad populum dyaconus alta voce pronunciat ¶ Ite missa est signans illud quod dictum est apostolis ¶ Viri galilei quid statis etc ¶ Chorus autem qui reddit ¶ Deo gracias imitatur apostolos qui adorantes reuersi sunt in iherusalem cum gaudio magno ¶ Et quia erant in templo laudantes et benedicentes deum ¶ Ideo in diebus profestis dicitur ¶ Benedicamus domino ¶ Set quia nondum est cum gloria in excelsis et te deum laudamus cantatur ¶ Ite missa est dicimus nisi in nocte natalis domini et in cena domini ¶ In vigilia pasche et penthecostes ¶ Consuete autem festiuis diebus ¶ Ite missa est dicitur quia tunc generalis conuentus populi fit ¶ Ad cottidiana vero missarum solempnia non ab omnibus sed a religiosis conueniunt quibus non est statim discedant / sed ut deo benedicant remanent ¶ Hinc est quod cum ¶ Ite missa est dicimus vertimur ad populum quasi discedendi licenciam ei dantes quod dicit dyaconus ¶ Ite missa est id est redite ad propria / quia missa est hostia salutaris ¶ Cum ergo benedicamus dicimus non ad populum vertimur / sed ad altare id est ad deum / nosque ipsos non ad discedendum / sed ad benedicendum deum adhortamur ¶ Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis et repleuit totam domum ubi erant sedentes ¶ Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis / seditque supra singulos eorum spiritus sanctus

De benediccione ultima 314

Ultima benediccio quam sacerdos facit super populum missionem sancti spiritus significat quem misit dominus apostolis in die penthecostes et benediccio per halitum oris et signum crucis exprimit / quia illa missio per sonum aeris et linguam ignis mo-ant secundum quod legitur ¶ Factus est repente de celo sonus etc ¶ Et apparuerunt illis dispertite lingue etc ¶ Licet autem spiritus sanctus specialiter sit missus quia tamen indiuisa sunt opera trinitatis missionem illam tota trinitas sunt operata ¶ Ideoque benediccionem illam sacerdos facit in nomine trinitatis ¶ In nomine patris et filii et spiritus sancti ¶ Amen

Incipit tractatus magistri Richardi super canonem

In virtute sancte crucis
et sacramento altaris magna e convenien
cia et magna efficacia, cum per utrumque exclu
dantur contraria et renovetur et sanctificetur
creatura. Duplex autem renovacionis racione, ut
scilicet primus exuamur vetustate, deinde in
duamur novitate. Non enim potest fieri ut
remanentes in vetustate induamur christi
novitate. Nec poterit fieri quod paulus di
cebat ex persona infirmi. Nolumus expo
liari sed supervestiri. Unde filiis zebedei
petentibus ut unus ad dexteram sederet
et alius ad sinistram dictum est. Potestis
bibere calicem quem ego bibiturus sum, quasi
diceret. Primus compaciendo et commorien
do oportet vos exui vetustate ut postea
possitis ad dexteram meam vel ad sinistram
sedere quod est indui novitate. Hoc enim
non est meum dare vobis id est veteribus sed
quibus paratum est a patre meo id est innovatis.
Propterea et ipse dominus ihesus primus pati voluit
in ligno infiorum, deinde glorificari in lig
no superiori, ut scilicet primus exueret nos nostra
vetustate deinde indueret nos sua no
vitate. Primus enim legitur crucifixus, de
inde titulus suppositus. Dicit enim scriptum
est. Baiulans sibi crucem exivit in eum
qui dicitur calvarie locus ubi crucifixerunt
eum. Scripsit autem et titulum pylatus
et posuit super crucem. Est enim septifor
mis vetustas nostra, est et septiformis
virtus sancte crucis et efficacia. Sunt enim
quatuor corporis abhominaciones, et tres
mentis corrupciones. Unde psalmista. Cor
rupti sunt et abhominabiles facti sunt,
corrupta sunt mente et abhominabiles
facti sunt corpore. Quatuor enim quatuor
elementorum in corpore. Ignis in oculis per cu
riositatem, aeris in lingua per verbositatem,
terram manibus per iniquitatem qua pu
tium pugno impie, aqua in fluxu
renibus per libidinem. Hec sunt que de clausto
ciavit fratrem. Ingrediebatur ut videret, erat
curiositas, vana loquebatur erat verbosi
tas, cor eius congregavit iniquitatem
sibi erat iniquitas, egrediebatur foras per

libidinem. Corrupcioni etiam mentis tri
plici corrupcione in bone naturali per super
biam. In concupiscencia per avariciam, in
ira per invidiam. Sunt etiam in cruce
quatuor dimensiones latitudo longitudo
sublimitas et profundum, et tres in titulo
distinctiones. Ihesus nazarenus rex in
deorum. Latitudo unde fuit in christo passione
longitudo vite in resurreccione, subli
mitas glorie in ascensione, profundum
sapiencie in occulta potestate qua hic ordi
nat quia et in novissimo iudicabit
profundum crucis occultat ordinat, certa
manifesta portabat. Sic peccatis adhuc
occulta est qua dominus ihesus omnia peccata
sed tunc in fine iudicabit tunc manifest
erit sicut scriptum est. Cognoscetur dominus
iudicia faciens. Unde in quarto ordine
canonis memoria de tribus manifest
primitur. De quarto autem id est de profundo quia
occultum est tacetur. Ternarius ordo est
Unde et memores domine nos tui sed etc. Item
in passione contemptus sui fuit, sed
in resurreccione, contemptus mundi in ascen
sione, amor dei in occulta potestate timor.
Contemptus autem sui excludit verbositatem,
contemptus mundi curiositatem, amor dei
iniquitatem, timor libidinem. De tribus
distinctionibus tytuli

In ihesu fides intelligitur sine qua nemo
salvatur. In nazareno spes, nazarenus
enim interpretatur flos de quo fructus speratur.
In rege iudeorum caritas que est excellen
cior via que reges et sacerdotes facit et sancti
dos autem illuminat racionem quam superbia
excecabat, et excludit superbiam. Spes
autem sublevat concupiscenciam quam
avaricia inclinabat, et excludit avari
ciam. Caritas temperat et ordinat ira
quam invidia corrumpebat, et excludit et
invidiam. Sic igitur virtute sancte crucis et
efficacia exuimur nostra vetustate et
induimur christi novitate. Similiter et sacra
altaris renovat creatura et sanctificat. Sic
autem vii que in sacramento altaris attendi
untur scilicet que solo in misse que dicta quis
finis, que virtus, quis ordo, que causa,

que utilitas. Causa misse triplex est, scilicet honor sanctorum, salus vivorum, et requies defunctorum. Premittitur autem ei prologus oracio et invocacio trinitatis, in quo prelibatur et ostenditur que sit causa misse sequitur Suscipe sancta trinitas. Ubi enim continetur quod sanctis proficiat ad honorem, nobis autem salutem etc. Triplex est dicta, secundum enim divisionem tamen premisse cause, tres sunt missarum differencie, ut alia dicatur de sanctis, alia de tempore vel pro vivis, alia pro fidelibus defunctis. Sunt quidem tres partes ecclesie. Pars est in exultacione, pars in peregrinacione, pars in expectacione. In exultacione sunt sancti quorum vero vestigia sunt secuti. In peregrinacione sunt vivi qui subiacent tempori vel vanitati. Unde apostolus: Vanitati subiecta est creatura non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe etc. In expectacione sunt fideles defuncti qui expectant requiem. Secundum harum trium parcium sunt tres differencie missarum, et finium et officiorum. Finis enim aliud habet missa de sanctis vel Ite missa est, aliud pro tempore vel Benedicamus domino, aliud pro fidelibus defunctis vel Requiescat in pace. Ite missa est ideo dicitur: hostia a patre ad nos a nobis ad patrem missa est. Dicitur ideo ite vel festinate, sicut dicit apostolus: Festinemus ingredi in illam requiem. Finis vero misse de tempore hortatur nos quod simus in tempore ut benedicamus domino in adversitate et prosperitate vel omni tempore. Unde David: Benedicam dominum in omni tempore. Et alibi: Ad annunciandum mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem. In mane prosperitas quia non ex meritis nostris, sed ex mera sola datur. In nocte adversitas quia in veritate punit et reddit. In fine misse pro defunctis eis optamus requiem et in principio petimus Requiem eternam etc. Secundo. Textus misse circa Christi est, quod sacramentum altaris totum sacrata ecclesia consecrat et sanctificat.

Septem ordines clericorum sunt in serie canonis quos spiritus sanctus mira sapiencia ordinavit. Primus ordo est a Te igitur ad secundam oblacionem. Secundus a secunda oblacione usque ad Quam pridie. Tercius a Qui pridie usque Unde et memores. Quartus ab Unde et memores usque ad Per quem hec omnia. Quintus a Per quem hec omnia usque Pater noster. Sextus a Pater noster usque Pax domini. Septimus a Pax domini usque ad finem misse. In singulis ordinibus sunt cause profunde et raciones que racionabiles movent questiones quas spiritus sanctus cui vult claudit et cui vult aperit, sicut scriptum est: Huic ostiarius aperit.

De primo ordine

In primo ordine canonis tria apponimus, pro tribus rogamus, tria petimus, et ideo tres cruces facimus. Tria apponimus, scilicet panem, vinum et aquam. Quare autem ista tria potius apponantur quam alia hec oritur triplex racio. Prima racio est: Prima quia inter omnia humane vite sustentande necessaria hec tria communiora sunt et utiliora, et magis necessaria; propterea potius debuerunt apponi quam alia, et in eo quod communius est et valeat omnibus et super omnia ad vitam eternam capessendam magis necessarium transformari et transferri vel in corpus Christi et in sanguinem. Secunda racio est quia in hiis tribus ipsa virtus sacramenti intelligitur sine qua indigne ad hoc sacramentum accedentes et ad iudicium non ad salutem sunt. In aqua enim intelligitur fides que latet et invitatur in aqua baptismi. In vino quod letificat et ascendit intelligitur spes. In pane qui confirmat intelligitur caritas vel in pane qui confortat pater intelligitur qui est omnis omnium fortitudo. In vino quod letificat filius, qui est gaudium nostrum quod nemo tollet a nobis. In aqua quod mundat et lavat spiritus sanctus, sicut scriptum est: Effundam super vos aquam mundam

et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.
Et item fistula de ventre eius fluent aque
vive. Hoc autem dixit de spiritu quem accep-
turi erant credentes in eum. Sic in aqua
intelligitur mundicia castitatis. In pane
fortitudo et opera pietatis. In vino quod
ascendit et accendit virtutes intencionis
que ad terrena non inclinatur sed ad celesti-
a erigitur. Hec tria accedentibus ad altare
ita necessaria sunt ut sine hiis nemo ad
salutem accedere possit. Unde et dominus in ewangelio
Introeuntibus vobis in civitatem occur-
ret vobis homo amphoram aque baiu-
lans. Sequimini eum et dicite domino domus ubi
facio pascha cum discipulis meis. Et
ipse ostendet vobis cenaculum grande stra-
tum et ibi parate. Ideo autem in eminen-
ciori loco cena paratur, ut ascensionibus
gradibus et ascensionibus virtutum stude-
ant semper probare. Unde apostolus Probet autem
se ipsum homo etc. In cenaculo altitudo
In grandi latitudo In strato aptacio
quia aptatur et munditur cenaculum. In stra-
to ergo mundicia castitatis, in grandi
latitudo et opera pietatis, in cenaculo al-
titudo intencionis. Unde in quarto ordine
canonis antequam dicamus panem sanctum
vite eterne et calicem salutis perpetue ne-
cessario prius offerimus hostiam puram
hostiam sanctam, hostiam immaculatam.
Sed de hiis in consequentibus dicendum
est. Tercia causa est quare sic predicta ap-
ponamus panem vinum et aquam, quia
in figura huius sacramenti omnis patriarcha-
rum benediccio in hiis constabat. Unde
Abraham cum in figura huius misterii
Melchisedech ei panem et vinum obtu-
lisset a maiore benediccionem accepit,
et benedictus deo excelso dictus est, qua
benediccione postea Ysaac filium suum
dicavit. Ysaac eciam filio suo Iacob
hec eadem bona prophetali eloquio im-
ploravit dicens, Det tibi deus de rore celi
et de pinguedine terre habundanciam frumen-
ti vini et olei etc. Rursus ad Esau cogno-
scens de Iacob fleret, frumento inquit et
vino stabilivi eum, et tibi post hec fili mi

quid faciam, qui dicit, sinamus eum sic
... corporis et vino et sanguine Christi
populum quod per aquam intelligitur. Pro
tribus rogamus. Primo scilicet generaliter pro
omnibus, secundo pro familiaribus nostris absenti-
bus, tercio pro circumstantibus. Generaliter pro
omnibus ubi dicimus In primis que tibi
offerimus pro ecclesia tua sancta katholica etc.
Pro familiaribus nostris absentibus ubi dicimus
Memento domine famulorum famularumque. Pro circumstan-
tibus ubi dicimus Et omnium circumstancium.
Tria petimus. Primo scilicet ut dies nostri dis-
ponantur in pace. Secundo ut eruamur ab e-
terna dampnacione. Tercio ut in electorum nu-
merari in divino grege. Hunc ordinem ibi
tenemus ubi dicimus Diesque nostros in
tua pace disponas atque ab eterna dam-
pnacione nos eripi, et in electorum tuorum
iubeas grege numerari. Circa ergo tria que pe-
timus et pro tribus rogamus, et tria petimus
circa tres causas facimus, ut scilicet pro ve-
tem causas primo que apposita sunt
benedicantur. Secundo hiis pro quibus apponuntur pro-
sint. Tercio ut que petimus impetremus. Si
tacest ergo secundo quod que posset fieri
quare tres causas in hoc ordine. Hec
quando dicimus hec dona hec munera hec
sancta sacrificia illibata. Hec dona scilicet na-
ture, hec munera scilicet devocionis nostre, hec sancta
sacrificia illibata maiestati divine sunt.
Hec dona referantur ad naturam, hec
munera ad graciam, hec sancta sacrificia
ad mortis passionis gloriam. Quare autem hoc
sacramentum iteratur, vel quod bis sumitur, vel
tur, vel quod bis sumpturi operatur, vel
quare sub hac specie sacramenta velatur
latitat et velatur, racionabiles as-
signantur racionescio. Quare hoc sacramentum sepe
iteratur triplex causa est. Prima cottidie
ut qui cottidie labimur per hoc cottidie
expiemur. Secunda causa est ut sicut in
medio paradysi erat lignum vite ita sit
corpus Christi assidue in medio ecclesie ad quod
cotidie peccantes accurrant ... et
per penitenciam satisfacientes ad hoc et

preter reconciliati reuertantur. Tercia ratio ut per hoc unum efficiamur cum Christo mediatore, uero unum efficiamur cum deo. Unde dominus in ewangelio: Caro mea uere est cibus et sanguis meus uere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Bene autem sumitur si quis per spiritualia ad hoc preparatur scilicet uel fide integra, confessione pura, penitentia condigna. Bene autem sumptio tria operatur. Primo peccata purgat, secundo uirtutes roborat, tercio uitam eternam resuscitat. Unde dominus in ewangelio: Amen amen dico uobis nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem etc. Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem habet uitam eternam, et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Quarta ratio: sub hac specie sacramenti uirtus latitat et uelut tripartita est. Prima est integracio fidei, secunda augmentacio meriti, tercia defectus infirmi. Primo enim fidem integrat ut integrando probet et discernat. Secundo per fidem probatam maiorem uirtutem et graciam donat. Tercio ut nostre infirmitati parcat, corpus in sue maiestatis claritate non prestat, sed quasi sub quodam uelamine occultat. Unde miraculum istud contigit in monasterio cuiusdam premonstratensis ordinis. Dum celebraretur missa in presentia cuiusdam fratris de choro respiciens ad altare uidit super illud calicem claritatis immense, et columbam miri candoris super calicem in eadem claritate. Cepit ergo ammirari ammirando mirari et subito obstupefactus et tactus amisso uisu cecidit in choro prostratus. Quem fratres ad manus extra chorum ducentes et cunctis uitam perquirentes caducis insistentes donec ei dominus uisum restituit. Et hec quidem de primo ordine dicta sufficiant. De secundo ordine ca[nonis].

In primo ordine canonis petiuimus ut que apposita sunt benedicerentur. In secundo uero petimus ut que in primo benedicta sunt in uerum et summum sacrificium transformentur. Cuius causas facimus, quia que benedicta sunt in id transformari petimus, quod inquam precellit omnibus, scilicet triplici prerogatiua et caritate geminata. Primo dicimus benedictam omnem scilicet gratiarum plenitudine. Scriptum est: De plenitudine eius omnes accepimus. Non enim ad mensuram dat deus spiritum scilicet filio. De secunda prerogatiua scilicet summa dignitate et honore. Scriptum est: Habens in uestimento et in femore scilicet scriptum: Rex regum et dominus dominancium. De tercia prerogatiua scilicet summa et eterna potestate. Scriptum est: Potestas eius potestas eterna que non auferetur. Hec quia hec prerogatiua corporis parum nobis prodest nisi caritate nobis geminata exhibeatur. Propterea dicimus ut nobis corpus fiat dilectissimi filii tui domini nostri Ihesu Christi. Caritas geminata fuit qua ad patrem uenit, et ad gregem pro obediendo, et pro grege moriendo. Uel caritas geminata fuit qua corpus et animam posuit, uel qua sanguinem et aquam de latere fudit. Uel ideo quinque cruces facimus ut corpus quasi quinque nobis quinque natura impetremus. Prima preparacione scilicet sanguinis remissionem peccatorum. Secunda preparacione corporis unitatem in societate sanctorum. Tercia summa et eterna potestate timoris et sollicitudine mandatorum. Quarta summa dignitate et honore honestate uite et maturitate morum. Quinta plenitudine gratiarum plenitudinem premiorum. Hac igitur de causa in secundo ordine quinque cruces facimus.

De tercio ordine canonis

In tercio ordine sicut in secundo petimus que benedicta sunt in primo in uerum et summum sacrificium transformentur, id est in corpus Christi et sanguinem. Et nondum quia iste ordo diuinus est quidem sed profundus et ingenua sapiencia plenus. Bene in hoc due racionabiles mouentur questiones. Prima quod est causa quod non nisi due cruces fiant. Secunda est quare in hoc ordine ponatur quoniam in tercio supra panis et uini in uerum corpus Christi et sanguinem transeat. Solucio prime questionis.

Nulla alia nisi sola dampnis hominis natura erat redimenda scilicet corporis et anime

In hoc autem ordine missa redemptoris et re-
paratio celebratur per quam humana natura
liberatur. Unde generaliter in hoc ordine non
nisi duo precipue sunt facienda, memoria
festa apparent tria, scilicet propter redemptionem
duplicis nature. Solucio sexte questionis

Tres ordines sunt, ordo nature, or-
do iustitie, ordo gratie. In ordine nature
flos perdit fructum, forma tantum, ma-
teria materiam. In ordine iustitie, pena
sequitur peccatum, virtus premium. Unde scriptum
est: oculum pro oculo, dentem pro dente, et
Et reposita est michi corona iustitie quam red-
det michi dominus. In ordine gratie superhabundat
gratia ubi habundavit delictum. Et perdit
humilis peccator iustum superbum velut
phariseum publicanus. Et ita impe-
ditur ubi nullum perdit meritum in
mediano. Publicani et peccatores precedunt
vos in regnum dei. Sed nec natura potuit
nec iustitia debuit ut panis et vinum
fieret caro et sanguis, sola enim divina
gratia hoc potuit et voluit, et hoc fecit et facit.
Sicut ergo sunt tria tempora, tempus ante legem,
tempus sub lege, et tempus sub gratia, et in quo
tempore gratie venit dominus Ihesus et hoc sacramentum
celebravit et instituit, sic in hoc tertio
ordine canonis convenienter qui in
terris cotidie venit et de pane et vino
carnem et sanguinem suum consecrat et
conficit. Et hec de tertio ordine dicta
sufficiant. De quarto ordine canonis

In quarto ordine penitentie summo et vero
sacerdoti iam apud patrem immo
restringit petitiones iterum. Nunc summa
et vera hostia, iam maior preminet
memoria tanto magnalium que fecit celebra-
ta memoria, ut tanto pro eis quibus peccata que
fecit peccatis flectatur et impetret clementiam.
Utinam ergo tantum faciamus, non quod eis quod
panis est sanctorum sanctificatum, sed
ut per eius presentiam et virtutem eius effica-
ciam conformitatem obtineamus gratiam
per quam digne offeramus et sumamus
salutarem hostiam, et eorum consortia
in sanctorum consortium mereamur admitti.
Dominus Ihesus in passione sua fuit hostia
pura, in resurrectione hostia sancta,
in ascensione hostia immaculata. Panis
eius vite eterne esurientibus, calix salutis
eterne iustitiam sitientibus. Hec ergo assi-
milari et conformari debemus, quem
ad ipsum offerendum et sumendum accedi-
mus. Sed quia hoc non possumus fieri nisi passio-
nem eius et resurrectionem et ascensionem
studeamus imitari, propterea tamen iter
in primis medietatem faciamus, ubi dicitur
Unde et memores nos domine servi tui sed
et plebs tua sancta eiusdem filii tui domini nostri tam beate
passionis, necnon et ab inferis resurrec-
tionis, sed et in celum gloriose ascensionis,
ut scilicet ex imitatione passionis, pre-
dicamus castitatis sumus et offeramus
hostiam puram. Ex imitatione resur-
rectionis obtineamus virtutem et operationem
pietatis et sumus offeramus hostiam sanctam.
Ex imitatione ascensionis obtineamus
latitudinem mentionis, et sumus offera-
mus hostiam immaculatam. Ex parti-
cipatione panis sancti vite eterne obtinea-
mus unitatem et fortitudinem caritatis.
Ex participatione calicis salutis virtu-
tem obtineamus, iustitie et magnitudinem
consolationis perpetue, sicut scriptum est
Et calix meus inebrians quam preclarus.
Dehinc quidem in primo ordine exponere
diximus, et quartum in hoc quarto ordine me-
ciam duo precedunt in unum. Tria ex-
nacio primum offertur ut ad panem ser-
vite eterne et calicem salutis perpetue
idem sacramentum altaris digne accedi.
In hiis enim duobus comprehenditur, et
hec duo sacramentum altaris complectitur.
In primo ergo prudentia, in secundo fortitudo,
in tertio iustitia, in quarto id est altaris sacra-
temperantia, propterea dicebat apostolus
Probet autem seipsum homo id est in hiis quatuor hoc
se preparet, preparando probet, et probando
preparet, scilicet per mundiciam castitatis, per virtutem
et opera pietatis, et per latitudinem medita-
tionis, et de pane illo edat et de calice

bibat i. sic probatus accedat ad sacramentum
altaris. Ecce dominus in ewangelio Sint lumbi
vestri precincti et lucerne ardentes in mani-
bus vestris etc. Sint lumbi vestri precincti
per mundiciam castitatis, et lucerne arden-
tes in manibus vestris, per opera pietatis,
et vos similes hominibus expectantibus dominum
suum, per certitudinem intencionis. Hec enim
sola vere exoptat et letificat, exoptando
letificat et letificando exoptat. Unde
apostolus Conversacio vestra in celis est. Quasi
dicat Intencio vestra recta, et ita ad gloriam
dei et ad gaudia celi. Unde et salvatorem
expectamus dominum nostrum etc. ut cum venerit
et pulsaverit confestim aperiant ei per
sacramentum altaris. In hoc vero salvator
venit eciam per presenciam corporis, pulsat
ad fidem, interrogat, interrogat ad discer-
nendum, discernit ut probet et reprobet, probet
fidelem, reprobet infidelem. Sic dominus
interrogat iustum et impium. Homines
fidem interrogabat quando de corpore et
sanguine suo dicebat Nisi manducaveri-
tis carnem filii hominis et biberitis eius
sanguinem non habebitis vitam in vobis.
Homines interrogando discernebat, discer-
nendo probabat et reprobabat, quia xii.
remanentibus lxx. abierunt retro di-
centes Durus est sermo. Hii vero aperi-
unt venienti fide integra et devota super-
primis. Sed ideo quinque cruces facimus
quia quinque offerimus pro quinque rogamus
et quinque petimus. Primo quinque petimus
primo generaliter pro fidelibus vivis omnibus
secundo pro aliquibus et participibus, tercio pro
fidelibus defunctis familiaribus, quarto
pro generaliter pro omnibus fidelibus defunctis,
quinto pro nobis peccatoribus, generaliter pro
vivis omnibus ubi dicimus Supplices
Supra que propicio ac sereno vultu etc. In quibus
sumpserimus que, cum pro peccatis sumpserimus, videa-
tur esse dicendum esse ideo sic intelli-
gendum. Omnes qui i. sumpserimus cum inde-
ubi sumpserimus ex dona. Pro aliquibus participibus
ubi dicimus Ut quotquot ex hac altaris
participacione etc. Pro defunctis familiaribus

bus ubi dicimus Memento domine famulorum
famularumque tuarum etc. Pro omnibus fidelibus defunctis
rogamus ubi dicimus Ipsis domine et omnibus in Christo
quiescentibus locum refrigerii etc. Pro nobis
peccatoribus rogamus ubi dicimus Nobis
quoque peccatoribus etc. Utique petimus duo scilicet
nobis i. vivis, et tria fidelibus defunctis
duo nobis primo scilicet ut omni benedictione
celesti et gracia repleamur, secundo ut in numero sanctorum
consorcium admitti mereamur. Tria fidelibus
defunctis scilicet refrigerii sedem, quietis
beatitudinem, lucis claritatem, quod est
ibi Locum refrigerii etc. Quinque cruces quo-
tiens facimus per unum charitatem et amorem
et obtinebimus quinque offerimus, et exaudi-
emur pro quibus rogamus, et que peti-
mus impetramus. Ideo autem in hoc ordine
quarto de omnibus patribus qui ante le-
gem fuerunt tres solummodo abraham
abel et melchisedech pariter ponuntur
quia in corpore personis et sacrificiis persona
et sacrificium Christi maxime prefigurabat.
Abel enim de grege agnum obtulit deo,
et per invidiam a fratre occisus fuit.
Abraham de terra sua egrediendo et uni-
cum filium suum offerendo obediens fuit.
Melchisedech qui rex salem i. pacis
et iusticie rex, filio dei assimilatur insi-
gnia eius panem et vinum obtulit, sine
patre sine matre sacerdos in eternum manet.
Quare eciam in hoc ordine canonis sit
in primo duo ordines sanctorum novi testa-
menti ponantur. In primo quidem ordine
plures et maioris auctoritatis sancti inco-
luntur, in hoc vero ordine pauciores
et minoris auctoritatis subponantur diligen-
ciis inquirendum et considerandum. In
primo ordine ante consecracionem plures
i. quinquies quinque, et maioris auctoritatis
sancti commemorantur quia ut in officio
et misterio mirabilia et incomprehensibilia
agantur i. scilicet panis et vini in veram
carnem et verum sanguinem transeat et con

sciatur maioribus et pluribus auxiliis in
digemus, et maiori quinque sensuum perfec
tione multiplicandi et confirmandi sumus
nobis vel in quarto ordine peccatorum confessionem
pauciores vel quidem et minores sunt ordi
natur, ut per virtute sanatus quod tractamus
et offerimus corpus domini mentis et pa
bus quidem gradibus caritatis ascen
damus et vniti in sanctorum consortium
transeamus. Multo enim maius et mira
bilius est sanctorum patrum et vniri in vero
corpus Christi et sanguinem contra quam in sanctorum
consortio nos admitti **De quinto ordine**

In quinto ordine ut petitionum nostrarum
consequamur efficaciam, captamus
beniuolentiam, triplicem commendantes
personam scilicet patris et filii et spiritus sancti. Patris
commendamus personam per ineffabilem
caritatem vbi dicimus et piissime nobis filii
per multiplicem pietatem ubi dicimus per que
hec omnia domine semper bona creas et cetera.
Spiritus sancti, per mirabilis sapientie perspi
cuitatem qua ita ordinauit canonem
ut ad verbum creationis non faciamus
crucis signum, sed ad tria sequentia fa
ciamus. Sanctificas viuificas bene
dicis, et quare creatura humana non confir
mata prime conditionis nec habuit perfectam
virtutis, nec stabilitatem beatitudinis. Ho
mo ita quidem creatione pollebat na
turali bone, gaudebat arbitrii liberta
te. Per se autem nec poterat stare nec pro
ficere sine gratia adiutrice et sic causa virtute.
Ideo sic ergo labilis erat et caduca, ex virtu
te autem sanante crucis et gratie adiutricis sta
bilis efficitur et beata. Propterea ad verbum
creationis non facimus signum crucis ad
tria sequentia facimus. Sanctificas scilicet fide
et remissione peccatorum, viuificas sacra
mentis fidei et virtute bonorum operum. Bene
dicis plenitudine gratiarum et consummatione
bonorum. Vos ergo ter crucem facimus quia
per eius virtutem et amorem hec tria obtinemus
quibus super omnia indigemus. Personam filii
per multiplicem vel quadruplicatam filii

pietatem commendamus ostendentes enim
primo deum natale, secundo hominem venire, tertio
fonte vite, quarto rege glorie. Prima pietas
est qua per omnia de nichilo creauit. Se
cunda qua per peccata dimittit. Tercia qua
per gratiam et virtutem auget. Quarta qua
per eternitatis gloriam et beatitudine coronat.
Per quem hec omnia domine semper bona creas
tamquam deus natura, sanctificas, tamquam dominus
et largitor venie, viuificas tamquam fons
vite, et plenitudo virtutis et gratie. Benedicis
tamquam rex et corona eterne glorie **De vi ordine**

In sexto ordine per eum
qui venit in sexta etate, potesta
tem autem eius iam plenius omnem vir
tutem agnoscimus, et perennem deum potes
tatem honoramus et glorificamus. Vnde maiori
inspirata fiducia et audacia ut ad sum
ma patris pertingamus omnes petitionum
summam in breui colligimus. Per in et
cum quia crucis facimus, ut virtute sancte
crucis et amoris quinque gradibus caritatis
in omne vitatis ascendamus. Non
quod sint aliqui gradus deitatis in trini
tate, ut caritatis in deitate, sed in trini
fide de eius cognitione et amore. Tri
plicis ergo fide in fidem et sine qua
esse non possumus. Primus gradus est fides
eternitatis filii cum patre. Secundus gradus equa
litas. Tercius gradus vnitatis. Sic
Quartus gradus eodem modo consistit
Quintus gradus vnitatis spiritus sancti
cum vtroque vel cum filio et patre. Et notandum
quod in hoc ordine longe alius modus
et alia crucis quam in ceteris ordinibus
obseruatur, pro eo quod in crucibus faciendis et corpo
ris magna diuersitas ostenditur, et in
dominum integrum manu tenetur, in
eodem ordine oratio diuina continetur
Vnde et tres questiones in hoc ordine ro
nabiles oriuntur. Prima videlicet quare
in crucibus faciendis tanta diuersitas
ostenditur. Secunda quare corpus dominum in
tegrum in eisdem crucibus faciendis manu

teneatur. Tercia quare in hoc ordine po-
nitur quam in aliis ordo dominica [i.e. dominicarum] contineatur.
Secundum etiam quia alia per ea quam sunt
intelligitur, alia per ea que dicitur. Quarta [?] que
diversitas in circulis faciendis ostenditur.
Prima quidem circulus ex utraque parte ul-
timatem pretendit, secunda calici coequa-
tur, tercia infra calicem coartatur, quarta
eadem est cum prima, quinta ante calicem
depingitur. In prima ergo circuli eterni-
tas filii intelligitur ad patrem, in secunda e-
qualitas, in tercia unitas inter eos et
eiusdem substantie, in quarta idem modus ex-
istendi utriusque et ante mundi constitu-
tionem et post mundi consummationem. Unde
de seraphin legitur ex duabus alis vela-
bat caput et duabus pedes in capite
principium, in pedibus finis. Quicquid enim
fuit ante mundi constitutionem, vel quid
futurum sit post mundi consummationem occul-
tum est et velatum. Duabus vero aliis
volabat, id est ad noticiam hominum deferre-
bant que in medio ad salutem perti-
nebant. In quinta circuli intelligitur uni-
tas spiritus sancti cum filio et patre. In eo vero
quod dicitur per ipsum intelligitur creacio, in eo
quod dicitur cum ipso operacio, in eo ex dicit[ur]
in ipso consummacio. Per filium pater crea-
vit universa, cum filio operatur et filio
eo regendo et disponendo creata. Unde
in ewangelio: Pater meus usque modo operatur
et ego operor. Denique in ipso consumma-
buntur omnia. Post consummacionem
enim mundi cum tradiderit regnum deo et
patri, subiectus erit ei qui subiecit sibi
omnia. Est cum persone cognoscetur ab omnibus
spiritus sancti persona et natura, tunc per
spiritum filii erit deo patri omnis honor et gloria.
Propter quinta circulus gradus in unitate
spiritus sancti dicitur ante calicem depingi, id est in
oculis omnium manifestari. Post consumma-
tionem enim non tantum quod filius sit unum
ad patrem, verum etiam quod spiritus sanctus sit ab
utroque et procedat ab utroque plene

ab omnibus iustis cognoscetur, sicut scrip-
tum est: Cognoscent me omnes a mi-
nimo usque ad maximum. Propterea omnis honor
et gloria differtur usque ad ultimum. Nos ergo
quinque circulos faciamus ut per veritatem sig-
nificacionis ad istam consummationem cogni-
tionem veritatis pertingamus. Prima ergo
si queratur tanta diversitas in circulis
faciendis ostenditur. In predictis soluta
terminatur. Sexta dominice quoniam restant
solvende. In sexta dominus ihesus integer
et perfectus homo apparuit, et seipsum et perfectum
et integrum exhibuit et pro nobis obtulit.
Ideo in sexto ordine cum integrum in
manum tenemus, id est fide integra et ope-
re perfecto imitari debemus, sic circulos sua
nimis id est eius passionem commemoramus.
In sexta etate **Solutio huius questionis**
veniens dominus ihesus ordinem dominicarum
ordinavit et docuit, et ideo convenienter
in sexto ordine quam in aliis precedentibus sunt.
De septimo ordine canonis
Septimus ordo a pace incipit et ad
pacem tendit. Pax domini sit semper vobiscum.
Non enim omnis pax est domini pax. Est
enim pax inordinata, est pax simulata,
est pax inquinata, est pax scelerata.
Pax inordinata superbo quam contemptus
superiorum obedivit insidiatori sicut adam
diabolo, et ideo seipsum insidiatorem et dominum su-
periorem perdidit. Secundus vero adam ma-
luit obedire patri quam synagoge inna-
[?] et ideo seipsum recepit cum a mortuis re-
surrexit et patrem placavit et inimicum in se
recepit. Illi synagoge non compa-
ciendo dicebat: Pater si fieri potest transeat
a me calix iste etc. Non enim timebat
vel subterfugere volebat, sed quia synagoga
ex sua passione periculum faciebat, affectu
pietatis condolebat. Pax simulata
proditoris qui corde et ore loquitur. Pax
inquinata fornicatorum et adulterorum.
Pax scelerata rebellium et scismaticorum
qui universalis ecclesie auctoritati resistunt
et contradicunt. In sacrificio pacem [?] a colandi

est repugnare et qui scelus ydolatrie nol
le acquiescere Augustinus tres auctores ponit
primam scientiam scripturarum Secundam genera
lium conciliorum Terciam universalis ecclesie
consuetudine dicens Prima que nulla
scripturarum auctoritatum roborata sunt ab
ecclesia penitus resecanda estimo Prop
ter quod ordinata est que ordine dili
git Secunda est que neminem fallit Quinta
est que omnia iniuriata refugit Pru
dencia est que litem et finem
nescit Tercia de dilatione conditoris requi
runtur mens manus et lingua Hec
in hoc opere quibus operantur Lingua format
vocem manus pingit litteras mens
movet utrumque et linguam ad forman
dam vocem et manum ad pingendum
litteras Hec igitur tria nobis sunt necessaria
scilicet fides mentis et virtus sancte actionis
et vox oris ut pertingamus ad summa
pacis In hoc ordine multe oriuntur
questiones que spiritu sancto revelante solvuntur
Prima est quare tres virtutes secundum con
suetudinem ecclesie fiant Secunda quare sum
bonem fidei sufficiat Tercia quare vir
tutes iste non semper vel opera caliciem sed
tamen intus fiant Quarta est quare tercia
particula domini corporis manu teneat
in virtutibus faciendis Quinta quare ea
dem particula factis virtutibus in caliciem
descendat Sexta quare due partes ex
caliciem remaneant Septima quare
dum agimus dei ecclesiam in duobus primis sit
convenientia quare in tercia sit differen
tia Dona nobis pacem Solucio prime
questionis
Tres vite humane sunt
nature Prima anime simul cum
corpore Secunda anime relicto corpore Tercia
resumpto corpore quod est in resurrectione
In prima vita pax est necessaria que longe
faciat ab anime In secunda pax est necessaria
que longe faciat a dolore Unde in
exequiis mortuorum dicitur hoc penaliori
cruciatu etc In tercia vita pax est
necessaria que longe faciat ab utroque id est
ab anime et dolore consummata gloria et beatitu

dine Hoc ergo tres virtutes faciamus ut per
virtutem earum ad istam triplicem pacem
pertingamus Hoc etiam semper dicamus
id est in hac triplici vita alius pacem im
ploramus Solucio secunde questionis
Nulla natura erat redimenda vel
ad pacem reducenda nisi solius
hominis corpus et anima Propterea secundum hoc
racionem fidei duplex crux videtur es
se facienda Solucio tercie questionis
In septima etate que ex aperitur
ab imo parte consummata non est
quod exterius sit dolendum sed unde po
tius interius sit gaudendum Propterea
virtutes non opera sed intus in calice fiunt
Tercia pars domini Solucio quarte questionis
corporis quia manu tenemus cum
virtutes faciamus per illa est ecclesie que
est in exultatione et gaudet ad propo
sitam eternam beatitudinem Hanc ergo id est scilicet manu
tenere id est fide et opere imitari debemus
ut sic virtutes faciamus id est passionibus
Christi communicemus Solucio quinte questionis
Calix domini qui laborem significat et im
itacionem dominice passionis Est autem
interius et exterius Exterius pressu
ram tribulacionum interius gaudium et
consolacionum Unde dominus in ewangelio
Hec locutus sum vobis ut in me pa
cem habeatis in mundo pressuram
habebitis Unde psalmista Secundum
multitudinem dolorum meorum in corde meo
consolaciones tue letificaverunt animam meam Et iterum Quam magna multitudo dulcedinis tue
domine etc Et iterum Secundum multitudinem dolorum
meorum etc Illud scilicet gaudii
et consolacionis et illud abscondite
dulcedinis interius calicis Propterea
tercia particula domini corporis descendit
in calicem quia per laborem ad propo
sitam eternam et etiam recipiet requiem
Unde in ewangelio Iam pueri mei mecum
sunt in cubili non possum surgere et dare
Due partes domini Solucio vi questionis
corporis que extra caliciem remanent
due partes sunt ecclesie Prima pars in peregri

cione, et pars que est in expiacione. Nam
ergo dum iste pars laboribus penitencia-
libus subiacent et adhuc expectant et de-
siderant nec desideratam habent requi-
em. Tercia dum ille pars anima corporis
remanet ex alicui. Sermo vii questionis

Tria sunt tempora. Duo sunt in quibus e-
an erit pacis et iusticie. Nam ergo
in tempore pegnacionis et in tempore conversacio-
nis spacium et captatur ira. In tempore vero
resurreccionis pax consumabitur atque
iusticia. Agimus dei in duobus primis
convenienciam, in tercio vero est differencia

Cauenda sunt hec aliqua uia depravatiue loquendi in multis punctis
Quidam nitebantur confundere uel mendicantes fratres [illegible]
propter sepius fuit inter septimos doctores Oxonienses [illegible] et ad [illegible]
[illegible]

In nomine patris et filii et spiritus sancti et virginis matris dei amen. Proposicio Ricardi archiepiscopi Armachani primatis Hybernie facta in consistorio coram domino papa et cardinalibus ac prelatis ad utilitatem cleri ac populi cristiani super materia mendicitatis ac privilegiorum contra fratres de ordinibus mendicancium quibuscumque die octavo mensis novembris anno domini M° ccc° lvij°.

Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate. Johannis vij capitulo. Pater sanctissime in principio mei sermonis protestor quod non intendo aliquid asserere aut temere affirmare quod fidei obviet et christiane aut doctrine katholice; quod eciam non est intencionis mee destruccionem seu cassacionem ordinum mendicancium approbatorum ab ecclesia aut a summis pontificibus confirmatorum appetere aut eciam suadere, sed pocius suadebo ipsos ordines debere reduci ad puritatem sue institucionis primarie, semper correccioni sanctitatis vestre pater. Et ut ad materiam meam statim descendam: Ecce pater sanctissime accedens Londonias pro ecclesie mee Armachane quibusdam negociis doctores aliquos satis doctos super mendicitate ac mendicacione domini salvatoris nostri Jhesu Christi decertantes et sepius invitatus ut populo predicarem, septem aut octo sermones ibi predicavi in vulgari et subsequenter protestacione prescripta in publico novem conclusiones expressi, propter quas et alia que tunc dixi fratres ad istam sedem licet frivole appellaverunt.

Prima hec erat quod dominus noster Jhesus Christus in conversacione sua humana semper pauper erat, non quia propter se paupertatem dilexit aut voluit. Secunda fuit quod dominus noster Jhesus Christus nunquam spontanee mendicavit. Tercia erat conclusio quod Christus nunquam docuit spontanee mendicare. Quarta conclusio erat sive capitulum articulus quod dominus noster Jhesus Christus docuit non debere homines spontanee mendicare. Quinta erat conclusio quod neque prudenter et sancte spontaneam mendicitatem super se assumere perpetue observandam. Sexta erat conclusio quod non est de regula fratrum minorum mendicitatem spontaneam observare. Septima erat de materia illa conclusio quod bulla domini Alexandri quarti que minorum libellum condempnat nullam premissarum conclusionum impugnat. Octava conclusio et prima de privilegio in materia ista erat quod pro confessione parrochianorum alicuius ecclesie facienda in occlusione loco altius eligibilior erat parrochialis quam fratrum oratorium sive ecclesia ipsorum. Nona erat et secunda in ista materia quod ad confessiones parrochianorum suorum videlicet ecclesie unius persone eligibilior erat persona ordinarii quam fratris persona. Has conclusiones pater sanctissime in publicis meis sermonibus scripturis vel racionibus

tamquam probabiles suasi ut potui et in presenti si deus donaverit suadebo et eciam declarabo et aliqua contenta que in ibi tunc non dixi sicut fratribus ibi promisi adiciam in presenti sanctitati vestre humiliter supplicans et devote quod conclusionibus hiis predictis et racionibus quas ad eas suadendas adduxi et adducam attendatur et fratrum racionibus e contrario si fratrum raciones fuerint forciores sum ego paratus. Si vero e contrario ipsi fratres per scandalis detraccionibus et conviciis publice et occulte impositos illatos super qua materia malo tollerare quam agere legittime puniantur. Observato quo ad omnia quod primo assumpsi: Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate, scilicet quod est secundum legem dei atque nec communem negocium deo privato preterii, a privilegiorum materia que totum clerum et totum populum pariter concernit volo incipere et dico ut vere videtur quod si queratur cuius locus est eligibilior pro confessione a parrochianis alicuius ecclesie sue facienda videtur quod sua parrochialis ecclesia est locus eligibilior oratorio fratrum sive ipsorum ecclesia, quia est pro consuetudine parrochianorum confessi securior utilior et plura vitans incommoda. Quod parrochialis ecclesia sit locus securior ut singulariter suadetur, sic cum occlusione contingit loco altius ibi fiet confessio et eciam ut sepultura in ibi habeatur quam fratrum ecclesia suadetur, et cum lege.

Prima racio quia est locus a deo preceptus Deuteronomii xij° capitulo promisso: Hec sunt precepta atque iudicia que facere debetis. Ad locum post ad locum quem elegerit dominus deus vester de cunctis tribubus vestris ut ponat nomen suum ibi et habitet in eo venietis et offeretis in loco illo holocausta et victimas vestras decimas et primicias manuum vestrarum et vota atque donaria primogenita boum et ovium. Et postea sequitur ibidem prohibitive sic modo: Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris sed in eo quem elegerit dominus in una tribuum tuarum offeras hostias et facias quecumque precipio tibi. Ubi constat quod non est tantum preceptum ut in loco electo a deo quem eciam parrochialem nunc vocamus debemus accipere cuncta que lex precipit de sacramentis facere de quorum de quibus est confessio facienda sicut Levitici v° capitulo quod quicumque per ignoranciam peccaverit offeret sacerdoti et ipse orabit pro eo ut dimittetur ei. Sed eciam alia loca quecumque sint a lege prohibita. Certum autem videtur quod locus fratrum non est a deo per suam legem ad hec facienda electus sed tantum a summis pontificibus est concessus, sed nunc vera premissa est de lege prohibitus

prima racio

Cum ergo locus preceptus sit tutior loco de lege
divina prohibito ac solum modo permisso concesso
sequi videtur quod parochialis ecclesia est tutior
locus sive securior ad confessionem parro-
chianorum suorum pandendam quam oratorium
fratrum sive ipsorum ecclesia. Parochianus non hesitat ut
credo. Item 2o patet suspicari licet, intelligo de 2a ratio
suspicione quod sua parochialis ecclesia est suppo-
sita ecclesiastico interdicto, hoc autem verisimiliter
potest suspicari de fratrum. Unde videtur quod ecclesia
sua est locus sibi securior. Suadetur minor
per decretalem illam de sepulturis in sexto animarum
periculis, ubi sub certo modo pene infli-
gitur tam ecclesie quam clericis, infligitur quibus-
cumque religiosis qui induxerint aliquos ad
vovendum iurandum seu fide interposita vel
alias promittendo ut apud eorum ecclesias eligant
sepulturam vel iam electam ulterius non immu-
tent, et quidam affirmant quod fratres ita induxerunt,
unde ipse quod verisimiliter parochianus po-
terit suspicari quod loca eorum sint supposita
ecclesiastico interdicto. Aliter illud confirmatur,
quia videtur quod nullus parochianus sciens
ut sane teneatur quod sua parochialis ecclesia
est locus a deo ad sacramenta percipienda
electus atque preceptus et locus fratrum a le-
ge prohibitus nisi informatus ac suasus
a fratribus eligeret sepeliri, quia satis sanum
videtur quod nullus parochianus ad hoc faceret
esse a secularibus aliquo taliter informatus aut
inde inductus. Quibus videtur posse con-
cludi sicut fieri potest in moralibus materia quod
parochialis ecclesia est pro confessione pan-
denda parochianus suis locus securior loco fratrum.
Dixi et dico secundo quod parochialis ecclesia pro Ratio 4o
parochianis ipsis est quod confessione pandenda
et etiam sepultura habenda locus utilior
loco fratrum. Primo quod est locus a deo 1o
electus ac per hoc a deo amplius acceptatus
quam fratrum ecclesia, que non est a deo concesse
electa, sicut nec a sua ecclesia sed solum ad pre-
dicationem fratrum concessa. Unde videtur
utilior quo quod est deo acceptior. Item 2o
in parochiali ecclesia parochianus ut debet-
ur confessus duplicis obedientie meritum
sibi acquirit, scilicet meritum obedientie qua pa-
ret mandato dei de confessione pandenda
et meritum divine obedientie qua obedit precepto
divino de loco ad hoc a deo electo eligendo.
Fratres secundo merito obedientie carent ut videtur apud
fratres quibuscumque confessus aut quibus sepultura.
Est ergo parochialis ecclesia parochianis propter
percipiendis locus utilior loco fratrum. Item 3o
in parochiali ecclesia sunt ubique aut quasi
ubique aut esse deberent de iure divino
et sue ecclesie plures in templo quam oratores

quam in ecclesiis fratrum sunt. Unde dicit quod
parochianis verisimiliter estimatur quod ibi pro
orationes plurium potest amplius adiuvari quam
in fratrum ecclesiis. Et confessio facta in sua
Dixi et dico tertio ecclesia et sibi ibi sepultura
estimanda quam eo quod ibi sunt utilitas ampli-
or et maior securitas, cedunt si obmitte-
ret sicut confessio singularis ut sic compti-
um fratrum ecclesia tolleretur securitas et tolleretur
utilitas permisse ut hec sunt, nemo dubitat
quam multa incommoda sive dispendia.
Dixi et dico secundo quod si queritur que persona est eli-
gibilior pro confessione principali singularis
facienda, scilicet an persona fratris an ordinarii sui,
quod ordinarii sui persona eligibilior est ecclesiastica
fratrum personis, quia securior, quia utilior et quia
confessio singularis sibi facta vitat plura
dispendia. Primo dico quod est persona se- 1o
curior, quia est ut articulo precedenti suasi persona
a deo precepta et a sua ecclesia de lege commu-
ni et fratris persona de lege prohibita, unde consequitur 2o
quod ordinarius est persona securior. Item
persona ordinarii est suis parochianis per-
sonis fratrum amplius obligata, unde ratio-
nabiliter potest parochianus securius de ea confide-
re quod solicitior est ad providendum sue saluti
quam sit quam est sibi persona extranea. Sicut per-
sona medica corporalis est egroto naturaliter ma-
gis secura que est egroto magis obligata. 3o
Item parochianus de cursu quam non hesitat
nec hesitare licet de ordinarii sui persona quod
eius potestas absolvendi suos subditos est liga-
ta, de fratrum vero personis licet verisimiliter suspica-
ri quod propter varias excommunicaciones est in eis
potestas ligata. Nec est dubium quin securius
sit homini confessionem pandere habenti potestatem
habenti quam potestatem ligatam, ergo ordinarii
persona est certior sive securior. Probatur minor
pretacta primo per capitulum Religiosi in Clementinis de
decimis ubi dicitur quod religiosi quicumque benefi-
ciati non existentes qui novalium aut alias
decimas ecclesiis debitas ad eos ex aliqua
causa legittima non spectantes appropriare sibi pre-
sumpserint exquisitis fraudibus sive coloribus
usurpare aut commutare excommunicationis incurrant. Nec
videtur ambiguum quin decime divino legato
iure et libere donatorum decime sint solvende
et hoc ecclesiis et earum curatis, sed et innocen-
tius dicat et hostiensis affirmat. Unde consequitur
quod quicumque fratres qui delegatas eis et eis do-
natas decimas ab ecclesiis subtrahunt et eas
sibi appropriant, sententiam excommunicationis incurrunt, nec de illis
nunc decimas solvat ut quidam affirmant.
Secundo probatur minor pretacta per capitulum Religiosi
de privilegiis in Clementinis ubi omnes religi-
osi sunt excommunicati de facto quod sententiis latis
per statuta provincialia seu sinodalia
... absolvunt a quibus ut quidam affirmant
... ecclesie prelatis et penitentiariis commissis

sepe vnus continue ligatos fratres confessiones audientes absoluunt. Ego enim in mea diocesi Ardmachana ut puto habeo duo milia subditorum qui singulis annis per sentencias excommunicacionis latas contra homicidas voluntarios, fures publicos, incendiarios et istis consimiles sunt sentenciis excommunicacionis involuti, de quibus vix veniunt ad me seu penitenciarios meos xl^ta in anno, et recipiunt sacramenta omnes tales ut ceteri absoluti dum ut creditur per alios quam per fratres. Non dubium quin nulli alii illos absoluunt absoluti credunt. Vnde a proximis potest verisimiliter suspicari quod illi confessores sunt tali sentencia involuti, ita quod sacerdotalis potestas est in eis ligata, et tamen nunquam tutum est talibus confiteri, quoniam proprio sine peccato mortali non possunt eos absoluere. Et si aliud credunt ipsi confessi, consentiunt suis peccatis si absolucionem recipiunt. Ait enim apostolus ad Romanos primo capitulo: Qui talia agunt digni sunt morte, non solum autem qui faciunt ea sed et qui consenciunt facientibus. Et in Paralipomenon xix capitulo dicitur cum Jehu propheta dicit ad Josaphat regem Juda: Impio [illegible] prebes auxilium et hiis qui oderunt dominum amicicia iungeris, et idcirco iram quidem merebaris. Vnde consequitur quod securior est persona ordinarii quam fratrum persona.

3 pba° Item consequenter per tercium Cupientes de penitenciis clementina v: Simplex est lata excommunicacionis sentencia. Prima est lata in omnes religiosos qui aliquam ut audientes a solucione decimarum ecclesiasticarum debitarum retrahunt in sermonibus suis vel alibi referre presumunt, quod faciunt ut fertur communiter confessores de fratribus. Affirmant enim in publico quod licet de elemosinis parvis vini, teruncie aut aliarum rerum huiusmodi mediocrium tenentur donantes in decimando lucra mercacionum suorum aliquid decimare. Ego vero contrario affirmarem quod de parvis sicut de magnis donariis tenentur, nisi sua lucra facere mercatores, quia aliter possent mercatores quecumque totum lucrum totius anni per talia parva dona ita distrahere quod de maiori suo lucro nichil deberent penitus decimare, totum per modica distribuendo pauperibus, et sic lesio fieret bonorum curatorum. Constat ergo fratres tales maioris excommunicacionis sentenciis involuti.

Item per eandem decretalem Cupientes omnes fratres sunt ab officio suspensi et sunt excommunicati qui infra certum tempus confitentibus eis confessis de decimis soluendis non faciunt, ubi ut verisimiliter estimatur omnes confessores deputati de fratribus vel quasi omnes sunt ista sentencia canonis involuti, quia ut fertur communiter et per eos qui eis confitentur potest probari quod aliquid debeat penitus nichil dicunt confessis, et quod illis qui confitentur eis quandoque loquuntur preterit in modo non per mandata sed per formam, quod non est consciam facere sed magis illudere. Vnde si ad sensum consonantes canonis consciam facerent, ipsos eis confessis de rebus quibus scilicet decimandis, de modo et de tempore informarent; et quia non faciunt, non video quomodo ipsa excommunicacionis sentencia non incidat. Omnes religiosi.

ī.p° Item quod idem tercio Cupientes omnes sunt excommunicati qui aliquos ad vovendum iuramento vel fide media seu alias inducunt ut sepulturam apud eorum ecclesias eligant vel iam electam ulterius non immutent, quod fratres facere affirmat clericorum et laicorum communis opinio. Et ad hoc videtur vero satis probabiliter iam adductis.

ĉ io Item quod persona ordinarii sit precipiendo suo securior aliter suadetur sic: quod de cuius persona racionabiliter presumi potest indicare quo ad penitenciam congruam et utilem imponendam sibi pro suis peccatis est indubie sibi minus suspecta seu equior quam qui subsidii temporalis pro confessionibus audiendis a suo ordinario non habet suspicione aut aliter suspicari eius vitam de lege et de sue ecclesie ordinarii iussione sit [illegible] de persona vero fratrum contrarium, quam ut [illegible] racione quia contrarium ne ferunt ut in evangelio continetur quod sua fundacione ad mendicitatem et paupertatem altissimam asserunt se astrictos non obstante in eis facultate audiendi confessiones omnium sibi confiteri volencium. Vnde questum relevacionis mendicitatis in eis eorum audicionibus confessionum contrarium probabiliter presumi potest suspicari et racionabiliter maiorem suo [illegible] arguere. Cur iste mendicus hic me (?) confessionem sedendo auscultaret et a [illegible] sibi quod victum acquirendis desisteret nisi de me tale suffragium expectaret. Vnde eius egestas ad petendum eius mediacione indigenciam suam amplius impellat iuxta illud Salomonis Proverbiorum xxx^o: Mendicitatem et divicias ne dederis michi. Tribue tantum victui meo necessaria ne forte saciatus illiciar ad negandum et dicam: quis est dominus? et egestate compulsus furer et periurem nomen dei mei. Constat quod proprie nomine suo pro corona elemosina applicanda quia potest eius mendicitas relevari velut in imponere, et ita non est spiritualiter bene saciatus. Salvator

cum sunt disparibus circumstanciis etiam nobis
potuimus esse illud de demone loquentes
fudit hec genus demoniorum non eicitur nisi per
oracionem et ieiunium capitulo xvij° etc. Ex quo datur
colligi quod sicut cuilibet morbo corporali diver-
so diversa congruit medicina Sic spirituali
morbo cuilibet est providenda propria medicina quilibet
iste medicus cum sua intencione ut suspicor an-
nullaverunt ministraverunt Confirmatur hec ratio confirmatur 1
cum satis apparet in facto quod isti fratres ubique
potuerunt privilegium de confessionibus audi-
endis obtentum Monasteria pulcerrima et re-
galia pallacia construxerunt Cuius rei causa
videtur precipua illa confessiones audiendi
facultas qua antequam illam facultatem haberent
nullatenus talia construere potuerunt Item confirmatur 2
dicitur quod fratres ad reformacionem desertum
parochialem ecclesie aut strate quas seu pecuniam
reformandos desertum tales elemosinas lar-
giendas confessis eis imponunt ut amore
eas predicatoribus aut predicatores si quinque
de aliis mendicancium ordinibus ut minoribus
largientur imponunt certa sibi et suis appli- ordini
candas Unde verisimile potius iudicium quod talia
opus est in causa quare tales mendicantes
et persona contraria est ita sollicitatus quod tempus
mendicacionis illi contrario totus intentus
Item feci ad hec et fatio in parte unum non
unum conclusionem volebam asserere dixi tamen in
publico et in parte id dico quod nunc illam
nesciebam dissolvere Conclusio illius nunc
est ista contra quemlibet parochianum confessis
fratribus ordinariis suis neglectis iuxta peccata
tunc etiam tenetur quod confessorem eius remanent
in peccato mortali et a nullo peccato mortali
absolutus Ad hanc conclusionem suadendam
inducebar unum primum suadere quod etiam pro
tempore apostolicam constitucionem Johannis vas elec-
cionis volebam astruere que ibi dampnatur
de dictis Magistri Johannis de poliaco tres
subsequentes articuli Primus est contra confessi
fratribus habentibus licenciam generalem audiendi con-
fessiones tenentur easdem que confessi fuerunt
iterum confiteri proprio sacerdoti Secundus articulus est
contra statute statuto omnis utriusque sexus edi-
to in concilio generali Romanus pontifex non
potest facere quod parochiani non teneantur confiteri
omnia sua peccata semel in anno proprio sacerdoti
quem parochialem curatum primo nec deus
posset hoc facere quod ut dicebat hoc implica-
ret contradiccionem Tercius articulus est contra papa
non potest dare generalem potestatem audiendi con-
Et fratres potuerunt simpliciter privilegiis illis uti sed iuste vel quid sed quo ad tamen legem eis prius obstantem, ad quod stare videtur quod sine peccatis mortalibus illis privilegiis uti non possunt cum ut videtur ita per gratificationem illam [illegible] ab eis retentum remanet in peccato mortali. Ac si ipsi tamen aut peccarent aut peccantibus assentirent. Et si dixerint ipsi fratres quod possunt et potuerunt penitere de isto peccato, etc. non potest concludi quod iam aliqui remanet in peccato. Econtra dicitur: et sicut in furto non potest quis veraciter penitere nisi si poterit facta restitucione sublati, sicut in proposito. Sed dicunt quod in parte saltem iuste quantum ad curatos tamen iura et emolumenta inde sequentia etc. per summum pontificem qui sufficienter potestatem habet et tenent ad eadem concessa et ita ea restituere non tenentur. Ubi econtra dicitur et non obstante titulo acquisito per dominum summum pontificem restituere indirecte licet non directe arctare videtur, cum dominus papa iam culpam gratificacionis per tractatum in concedendo privilegium non relaxat, ymmo nec potuit relaxare, fratribus ipsis vere non penitentibus [illegible] et quamdiu illud peccatum manet in fratribus, non possunt ut videtur veraciter penitere nisi iura subtracta rectoribus quantum in eis est restituant. Unde videtur quod fratres quamdiu non restituunt illa iura etiam cum post concessionem domini pape factam fratribus non debeant de lege humana iura, hiis fratres non possunt pariter penitere, cum eis vere penitet de acquisicione iniqua alicuius rei et nichilominus de eius retencione letatur. Nemo vere videtur probabiliter iudicatur fratres [illegible] ipsa privilegia observantes sunt peccatis [illegible] mortalibus involuti sive infecti. Item de ista licencia in capitulo [illegible] tractat Beatus Bernardus diffuse in secunda epistola ad Adam monachum [illegible], et est casus quod ille monachus post professionem suam in monasterio suo factam usque ad perpetuam moram ibidem sicut tunc fuit de more ut dicitur ad aliud monasterium cum suo abbate accessit ubi moratus est de licencia sui abbatis ac eius mandato, petita etiam super hoc summi pontificis licencia et obtenta. Unde Bernardus apte redarguens nimium tunc multipliciter affirmat quod nec sine peccato etiam de iussu sui abbatis valuit hoc facere. Nec de licencia summi pontificis cum licenciam petere non debebat. Ad suadendum primo supponit unum principium quod etiam Aristoteles secundo Ethicorum describit et ponit, scilicet quod sunt aliqua bona simpliciter que fieri male non possunt, et aliqua male simpliciter que fieri bene non possunt, et inter ista sunt extrema media que bene fieri possunt et male. Exempla primi caritas, fides et cetera. Secundi sunt furtum, homicidium, incestus et istis similia. Exempla tercii sunt [illegible] ieiunium et ista que bene et male fieri possunt iuxta condiciones varietas in quibus solum ut videtur obediencia locum habet.

Et posito inquit in eo quod secundum fuit hoc factum ipse paruit iussu sui abbatis et affirmat quod fuit in secundo genere malorum simpliciter. Ex hiis ut sibi videtur vere concludens quod non potuit bene fieri et ob hoc illo facto iussu sui abbatis parere non debuit sed plane resistere quia in tali opere de se malo similiter in solucione promisse abbati debebat obsistere. Item ponit pro regula ex duobus preceptis quam maiori potius parere quam parendum. Cum igitur Deus precipiat vota sua, et obedienciam sibi debere suam si abbas suus deo inferior cepit illud dissolvere debebat deo potius obedire mandato sui abbatis contempto. Item Sanctus Bernardus allegat illud Salvatoris Mathei xviii c. Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit illi ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. Ve mundo a scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala. Verumtamen ve homini illi per quem scandalum venit. Atque adiungit: Et iste Adam monachus suum monasterium deserendo non solum scandalizat unum ex pusillis sed multos. Ex hiis apte ut sibi videtur concludens quod ipse ve illud Salvatoris incurrit suo abbati parendo in casu premisso. Unde ergo fratres attendant qualiter ipsorum privilegiorum abusio non solum scandalizavit paucos pusillos sed et magnos per totam ecclesiam. Et pro illo coram deo se excludunt quod vincitur et multa alia ibi adducit. Item quantum ad licenciam summi pontificis dicit apte quod offert mali compendium, quia non [illegible] factum de se malum sequitur et eius peccato sunt mala cum ut dicit velle hoc ad malum licenciam semper est malum. Item quantum ad [illegible] concedentem licenciam ipse dicit: Si quis esse malum neget, assensum probet malo, quod tamen fecisse summum pontificem nequaquam crediderim nisi aut circumventum mendacio aut importunitate victum. Hec Sancti Bernardi sunt. Videant ipsi fratres an non ita sit contra istam licenciam peccatum et consequenter Bernardo concludat et peccatum peccatoris licenciatum inobediencia et solucione regule sue [illegible] afferat eius mali compendium sicut Bernardus affirmat in [illegible]. Item exemplo quippe si tamen cum predicatoribus assistens aut confessoribus [illegible] possit illud [illegible] sine peccato. Consequenter ut quod ipse illud offerre tunc contra suam professionem assumit et ita sicut in privilegiorum parum supra est similiter [illegible] permanent mortaliter contra divina precepta ibi expressa sit iste mortalis peccat [illegible] eadem divina mandata libera utendo licencia impie [illegible] privata et [illegible] peccatis minime inobediencia [illegible] atque superbie ut videtur [illegible] quibus ipse utatur licencia privata [illegible] alios privavit scilicet propter dictam [illegible] honorem [illegible] adulterium [illegible] licencie [illegible] tua non [illegible] licet super hoc in clero et populo sit gravis infamia de istorum privilegiorum materia et communi abusione et coniunctione ad professionem fratrum et quo ad duas [illegible] pro nunc suasas supra ista dicta sufficiant in presenti, alia plura si oportebit addam.

Et non ambigo quin si nollem illud facere alii
non obmittent super istis omnibus pro me modo peti
tis et expressis. Pater Sanctissime non
licet iudicare contra fratres sed iustum iudicium iudi
cate. V. S. aut per aliquos meos dominos pª qº
Cardinales suspenso usu privilegiorum predicto
pro me nunc contingentium quamdiu sub lite
lite pendeant et predicta constitutio declaretur. Si
id visum fuit esse iustum ex dominus noster Ihesus
Christus in sua conversatione humana semper paup
erat. Non quia propter se paupertatem dilexit aut
voluit sustinuit vero quo ad paupertatem quam dominus noster
sustinuit adversitates ut et ego non sum con
trarius sed quo ad modificationem adiectam non quia
propter se paupertatem diligeret illa particula suadebo 1º
primo quia esse pauperem est esse miserum sine miseri
a. Nemo vero propter se amat miseriam igitur propter
se nullus diligit paupertatem. Item secundum doctrinam 2º
Aristotelis primo ethicorum nichil est propter se diligibile
nisi id quod sublato omni commodo subsequente
gratuito appetatur. Paupertas vero et si propter
commoda eius tollerantia sequeretur ut adeo ut ab homine
nec a dyabolo teneretur igitur paupertas a Christo nunquam
propter se erat dilecta. Item nullus effectus peccati
est propter se diligibilis et si a corrupto animo diligatur
paupertas est effectus peccati ergo ut probatur. Sed quia
si primi parentes in innocentia tenuissent nunquam
de nostra progenie pauper aliquis extitisset. Item
nulla bonum est propter se diligibilis et ut recitat
Philosophus 3º Topicorum. Si oppositum de opposito et
oppositum de opposito, ita quod si habitus sit bonus privatio
non est mala. Et si privatio est bona eius habitus
est malus. Ditatio vero que est habitus bona est
et ideo amabilis cum ipse summe sit dives. Ergo
paupertas que ditationem privat est mala, ergo non
est propter se diligenda paupertas. Et videtur michi nimis
proterve ad illud probandum insistere cum nemo
nisi propter miseriam aut heresim probet contra
rium. Secunda conclusio erat contra
dominum nostrum Ihesus Christus nunquam spontanee mendi 1ª conclusio
cavit. Quam sic primo suasi. Si ipse spontanee 1º
mendicasset contra divinum mandatum egisset. Non
concupisces domum proximi tui, non desiderabis
uxorem eius, non servum, non ancillam, non bovem,
non asinum. Nec omnia que illius sunt. Exodus xx.
Quia qui spontanee mendicant faciunt contra mandatum predictum
quod de Christo nemo audet asserere. Item 2º
Si Christus spontanee mendicasset aliud divinum
mandatum solvisset scilicet Omnino egenus et mendicus
non erit inter vos. Deuteronomio xv. Cum non solum
solvit legem regiam, propterea quod in civitate
non sit quisquam inermis qui non possit remanere
civitatis, arma sua sponte in flumen demi
gerit. Sicut ille sacerdos in ecclesia dei legem
delinqueret qua sacerdotibus est preceptum ut
dona offerat et sacrificia pro peccatis quando adhuc
sponte se redderet impotentem sive inabilem.
Sed nemo ut estimo audet de salvatore nostro
asserere quod non fecerit contra divinum mandatum. Nunquam
ergo spontanee mendicavit gratis faciens se mendicum.
Nec fugere quisquam potest quod premissum preceptum
non est ceremoniale, cum sit vere morale, ceremonialia
in lege nova quia in antiqua lege cessaverunt, cum salvatorem

precipiat. Luce xi. Quod est date elemosinam et
ecce omnia munda sunt vobis. Cuius causa est ut sufficientia
daretur pauperi ut nullus mendicus et omnino
egenus in plebe remaneat. Et non servantibus com
minatur pena eterna Mathei xxv. c. Esurivi
et non dedistis michi manducare etc. Ite maledicti
in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis
eius. Unde claret quod amicus proximi obligatur
ad non permittendum inter eos mendicos quam fuerunt
sub lege antiqua. Item Christus legi imperatoris erat
subiectus quando et solvit tributum Cesari. Sicut legitur
Mathei xvii. ubi dicitur sic. Et cum venisset Capharnaum
accesserunt qui didragma accipiebant ad
Petrum et dixerunt ei Magister vester non solvit didrag
ma. Ait etiam, et cum intrasset domum prevenit
eum Ihesus dicens Quid tibi videtur Symon reges
terre a quibus accipiunt tributum vel censum, an
a filiis suis an ab alienis. Dixit illi Ihesus igitur
liberi sunt filii ut autem non scandalizemus eos vade
ad mare et mitte hamum et eum piscem qui
primus ascenderit tolle et aperto eius ventre
invenies staterem, da eis pro me et te. Sic ibi. Et
deinde tributum illi esse solvendum, nam querentibus
ab eo an liceret censum dare Cesari et obtulerunt
ei denarium cuius superscriptio erat Cesaris. Et
ait illis Reddite ergo que sunt Cesaris Cesari et
que sunt dei deo. Mathei xxii capitulo. Nec fuisset
conveniens ut videtur quod ipse tamquam legem quam
decrevisset esse servandam quam subire nolebat.
Voluit igitur sub lege esse subiectus legi imperatorie
que fuerat talis scilicet ut mendicantes validi non
remanerent in civitatibus et quanto magis ut nec
mendicantes spontanee in civitatibus debuerant
remanere. Item si Christus spontanee mendicasset
legem de dilectione proximi mendicando solvisset, quia
qui vere diligit proximum sicut se ipsum non vexat eum
indebite. Petere vero a proximo quod suum est non egen
do est ipsum vexare indebite. Christus ergo nunquam
sic egit. Item cum scriptura dicat proximo suo
pauper odiosus erit. Proverbiorum xiiii c. Consuetu
do igitur mendicus proximis redditur odiosus. Si igitur
Christus spontanee mendicasset sponte se red
didisset proximis odiosum quod non videtur nisi alia
rationabilis causa subesset. Item si Christus
sponte mendicasset suo evangelio offendi
culum posuisset, quod ipse per miracula confirmat
quia audientes eius doctrinam et videntes eius
miracula rationabiliter ut videtur dicere potuis
sent illa esse potius illusiones et magica
quam vera miracula. Cum sit verisimile quod quisquis po
tens sibi ac suis dispensare debet quam alteri
dicendo igitur pascere iste quatuor aut quinque mili
a hominum faciendo miraculum qui sibi non
poterat procurare victum. Sicut alii illudebant
ei in cruce pendenti ita dicentes Alios salvos
fecit se ipsum salvum facere non potest. Si rex Israel
est descendat nunc de cruce et credimus ei.
Mathei xxvii capitulo. Item si Christus spontanee men
dicasset legem suam expressam quam dixit esse legem
et prophetas solvisset. Omnia quecumque vultis ut
faciant vobis homines facite vos illis. Sic enim

lex et propheta capitulo xxii capitulo cum nec ipse alios
velle debebat ut sine propria indigencia mendi
caretur ab eo quod tamen faciat quicunque sponte sed
non egendo mendicat Item paulus apostolus
prima ad Thimotheum vi° capitulo condempnat
eos qui questum estimant pietatem eciam quod
non paulus condempnat xpus per paulum con
dempnat qui ewangelium suum accepit per
revelacionem ipsius ut ipse paulus affirmat
ad Galatas i° capitulo Si igitur xpus spontanee
mendicavit cum spontanee mendicare sit questum
corporis vel ventris preciare xpus commisit contra
seipsum quod condempnat per paulum et erat sibi
contrarius quod nephas est dicere xpus ergo nunquam
spontanee mendicavit Item Si xpus spon
tanee mendicavit xpus fecit mendacium quia
ita quibus facto contra veritatem agendo sicut
verbo mentitur cum vero non egendo sed sponta
nee postulando elemosinam affirmans verbo
se esse egenum sine mendicum mentitur in verbo
Igitur cum ita petit elemosinam non egendo
facto mentitur quod nemo dicet de xpo Item
Si xpus spontanee mendicavit vere fuit
ypocrita apparens mendicus non vere mendicans
quibus mendicaret sed ficte qui sibi potest sufficere
cum vero mendicat spontanee est sibi sufficiens
alias non spontanee sed impellente indigencia
mendicavit Cristus igitur qui non erat ypocri
ta nunquam ficte aut spontanee mendicavit Item
Si cristus spontanee mendicat cur petrus apostolus
increpavit sancti Clementis sui discipuli quia ad
laborandum manibus estimabat fuisse robustum
quod eum inter mendicantes reperit acriter incre
pavit sicut legitur fecisse in vita sancti Clementis
de quo in hoc scriptum est xpum qui xpum dicunt
spontanee mendicasse sunt aude quod ut videtur
non putas Nunquam ergo xpus spontanee mendicat
Item Si xpus spontanee mendicat Clemens
petri successor multum erravit qui mendicantes
in cunctis communibus ad fidem provinciis concludere
laborabant Iudicium specialiter ab ecclesia commendatus
cum mendicitas ipsorum perfectionem in ista perfec
tionem auxisset Item si xpus spontanee
mendicavit cur Clemens Iacobo Ierosolitano
episcopo in epistola sibi directa et posita in decretis xii
questione prima capitulo Dilectissimis doctrinis et exemplis
apostolorum obedire precepit si mendicare ad perfectionem
vite pertineat et inter apostolos et discipulos eorum
contineret nullus erat egenus sic dicentes sunt
aude Item Si xpus summus sacerdos omnis
spontanee mendicavit ecclesia sancta sciens
erravit cum statuit nullum debere sine sufficienti
titulo ad sacros ordines promoveri cum xpus
suo exemplo docuit ~~mendicando~~ mendicandum
Item Si xpus spontanee mendicat scandalum
intulit ordini cleri cum iuxta Canonicas san
xiones episcopus aut Clericus mendicans inferat
ordini Clericali obprobrium Item Si xpus
spontanee mendicavit reddidit seipsum de peccato
suspectum quod sibi verecundiam intulisset

cum non aliunde proprie dicatur spontanea mendi
catio meritum mendicanti acquirere nisi quia eciam
actus consimilis alterius difficilis propter annexam ei
verecundiam valeret Sed verecundia cum sine peccato
dicta non cadit in hominem studiosum sicut affir
mat aristoteles iiii Ethicorum sine non erat
ergo in xpo et per consequens non spontanee mendicavit
xvii Item Si xpus spontanee mendicat mendicare
spontanee ad perfectionem vite pertinuit quare
ergo dedit xpus deus legem antiquam statuens
ut sacerdotes in quibus debet esse summa debet
vite perfectio possessiones haberent et decimas si
si eis fuisset perfectius mendicare Item Si
xviii totus mundus sub lege non erupisset statuens
sacerdotibus de publicis horreis esse alimenta
sicut legitur in Genesi Si eis fuisset amplius
xix vite mendicare Item Si xpus spontanee
mendicavit tunc mendicitas ad perfectionem ewan
gelii pertinet et ecclesia dei erravit sacerdotes
suos ecclesiarum admittens et sic perfectiorem suos
platonem inmuniens quod dicere non videtur licet
xx Nescio quem scriptura ferat Item Si sic me
dicare sine mendicitas perfectioni vite pertinet
xpiane ut a fratribus mendicantibus affirma
tur nec xpus nec spiritus sanctus in scripturis
sanctis super hoc alibi nos instruxit videtur
nimis mirabile nec possibile credi potest
Et puto quod erit mirabilius quia principia sancte
scripture usque in finem primo ad hoc verbum
notabile potest invenire quod ad hoc in aliud sit
xxi dictum Item cum xpus discipulis suis promi
serit Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit
vos omnem veritatem Iohannis xiiii° aut spiritus sanctus
sui officii erat oblitus quod venit ad apostolos
in die penthecostes non docens hanc veritatem
mendicitatis eadem apostolos cum de hoc penitus
in eorum actibus nichil appareat aut ipsi spiritum
sanctum invidentes veritatem eis edoctam a spiritu
eis tradere noluerunt quorum neutrum quivis affir
mabit Non ergo pertinuit mendicare sponta
nea sine mendicitas ad evangelicam perfectionem
xxii veritatem Item cum dicat de Melchisedech
qui erat sacerdos dei altissimi et rex salem
quem supra abraham paulus extollit ad
hebreos vi capitulo qualiter sine mendicitate spon
tanea tantum erat cum non ipse secundum cuius
ordinem xpus erat sacerdos Non ut xpus
spontanee mendicavit ordine suum tradere
xxiii sunt contrarium affirmantes aude Item propheta
dicat propheta Non vidi iustum derelictum
nec semen eius querens panem cum ergo
xpisto ascribitur contra sermonem prophete quod
erat iustissimus quod panem mendicando quesivit
convenire non videtur Item Si xpus spon
tanee mendicavit cum mittens discipulos
ad civitatem predicandum non illud eis precepit
Sed dixerit contrarium scilicet ut de mercede
sui laboris manducarent et biberent

Iui dicens supplicamque domum intraveritis in eadem domo manete edentes et bibentes que aput eos sunt dignus est enim mercenarius mercede sua Luce 10o c. Item xxv

Si xpus spontanee mendicavit nunquam laborem ad victum acquirendum mendicatam proposuit, quam si econtra fecisset s. laborem aliquo tenus protulisset nulla ex eius operibus didicisset Unquid eligibilius esset victum sine mendicitate manuum labore perquirere quam labore postposito mendicare Et ad xpus victum sibi laborando acquisivit prout videtur probabile quod a vulgo vocatus est non solum filius fabri sed faber quam gestat apprime vulgari videtur quod pro suo victu cum Joseph patre eius putato opus fabrile exercuit Circa conclusionem ad nunc ista sufficiant donec per adversantes fortiora adducenda impugnet

Tercia conclusio Kyngchame fuit quod xpus nunquam docuit spontanee mendicare. Hoc sic videtur. Ihesus cepit facere et docere Actuum 1o c. 3a conclusio

Si igitur mendicare spontanee docuisset, non iuxta precedentem conclusionem nunquam spontanee mendicavit fuisset sibi contrarius ut videtur in ope et sermone s. docens et non faciens quod decuisse non videtur. Item Si xpus 1o

unquam spontanee mendicavit et alios docuit mendicare reddidisset se ipsum de sua doctrina suspectum sicut in argumento 2o conclusionis prioris. Item posuisset 2o

offendiculum evangelio sicut apostolus sicut dicitur in 3o argumento ibidem. Item Si 3o

docendo legem imperatoria instar plueret docuisset sicut ibidem in 4to argumento. Item 4o

Si docuisset spontanee mendicacionem docuisset contra leges superius allegatas et omnes quas omnes ad predictam conclusionem adducitas que ita istam ut illam affirmant. Item 5o

Si docuisset spontanee mendicacionem tunc Petrus princeps eius doctrine minus sapienter egisset in allegando causas mendicancium pro sibi reddendi illam causam sub eleemosynam istas causas mendicacionis addixit sicut legitur Actuum 3o Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te, non addens et mendicavimus spontanee propter te quod quia non fecit Constantini satis videtur quod illa ratio ad statum perfectionis non pertinet

Quarta conclusio fuit quod dominus noster Ihesus xpus docuit non debere homines spontanee mendicare quia xpus docuit sicut scribitur Luce xiiii c. Cum facis convivium voca pauperes debiles, claudos et cecos et beatus eris quia non habent unde retribuere tibi Igitur non debent vocari ad mendicandum quoniam 4ta conclusio

pauperes fortes sive robusti quia possent retribuere saltem suo labore sicut nec divites debiles claudi aut ceci debent ad hoc convivium vocari quia habent unde retribuere possunt. Nec tamen mutos surdos mancos aut mutos non nominat inter vocandos quia ipsi si nec sint debiles nec claudi nec ceci possent mendicando transire de loco ad locum quod facere nequeunt debiles claudi et ceci Ergo dominus sic posuit istam exposicionem inter cetera. Item Paulus apostolus tamquam certum affirmat cum non vult operari non manducet loquens de hominibus qui aliunde victum decerto non habent ij ad Thessalonicenses iijo c. Et secundum penam quam precepit parenti sunt dictis ansligi et si quis non obedierit verbo nostro per epistolam hunc notate et commisceamini cum illo ut confundatur Nec dubium quin nec propter tamquam penam negligentis laborare, valde gravem in hoc casu delictum committeret. Premittit enim ibidem de se ipso sic Ipsi enim scitis quemadmodum oportet imitari nos quia non inquieti fuimus inter vos nec manducavimus panem ab aliquo sed in labore et fatigacione nocte et die operantes ne quem vestrum gravaremus non quod non habuerimus potestatem sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos Nam et cum essemus apud vos hoc denunciamus vobis ut qui non vult operari non manducet Ubi satis apparet quod a fortiori volebat arguere sed exquo quod a fortiori volebat arguere ... qui potestate habent sumendi carnalia ab hiis quibus tamen verus apostolus spiritualia seminabat, ne quemque gravaret potius nocte et die in fatigacione erat et labore pro victu Tanto magis alii potestatem sumendi non habentes laborare debent, non inquietando alios in mendicitate et otio Hec homines qui laborem mendicacioni preponunt attendunt librum beati Augustini de opere monachorum ubi contra homines pertractat per totum librum ... convincit unde et labor dat contemplacionis perfectionem ... sed alias eis vitare. Item Sacra Scriptura pigros homines reprehendit sic modo Usquequo piger dormis et paululum manus conseres et quiescas veniet tibi quasi viator egestas tua et mendicitas quasi vir armatus Proverbiorum vi et xxo Propter frigus piger noluit hieme laborare, mendicabit ergo estate et non dabitur ei Et inferius sed fortis manus digitis apprehendit fusum commendat Proverbiorum xxxi ca. Constat quod perhibet dissuadetur mendicacionem cum labore neglecto. Item Sanctus Franciscus in suo testamento sic dicit Et ego manibus meis laborabam et volo laborare

et omnes fratres alios famulos volo quod laborent de laborerio quod pertinet ad honestatem, et qui nesciunt discant non propter cupiditatem mercedem laboris recipiendi sed propter exemplum boni operis et ad repellendum ociositatem, et quando non datur nobis precium laboris recurramus ad mensam domini petendo elemosinas hostiatim. Et ibi Et in regula sua sic dicit fratres illi quibus graciam dominus dedit laborandi laborent fideliter et devote. Unde est valde mirabile quare fratres sui audeant mendicacionem spontaneam preferre aut mendicacionem laborioso egregio suo institutori preferre. Et eo amplius cum constat quod homo nascitur ad laborandum ut dicit Job v. Et mendicare est contra legem institucionis nature humane quia secundum eam nullus unquam fuisset mendicus sive mendicans. Item Christus nunquam mendicari spontanee docuisse videtur, quod ipse in sua persona potius voluit uti miraculo quam voluit mendicare scilicet cum misit Petrum ad mare ut statim in ore piscis inventum reciperet et exactoribus didragmatis pro se et pro Petro Petrus persolveret, cum tamen eo tam honoratum in populo statim mendicando facile impetrasset. Item alia facta eiusdem videtur. Unde cum potius usus fuisse videtur illa lege divina dignus est operarius mercede sua, Luce x° et Mathei x° dignus est operarius cibo suo sicut discipulis suis indixit. Quando eciam cum insedit sibi iussit adduci et quando apte Zacheo precepit Zachee festinans descende quia hodie in domo tua oportet me manere. Ubi tamen ad hanc preparacionem eius aptissime imparavit festinans descende. Et quando erat in templo et circumspectis omnibus cum iam vespera esset hora exivit in Bethaniam cum xii, sicut legitur Marci xi. Potuisset illo tunc uti voluit ab aliquibus mendicare. Nam cum in Bethania Christum manebat, quare si hac potestate usus non fuerit sed declinaverat ad amicos, tunc saltem voluit amicos suos potius honorare quam ab aliquo mendicare, sic suis operibus nobis ostendens quod non nisi impulsu egestatis demum ab aliquo mendicare. Item hoc apte precepisse videtur suis discipulis cum dixisset Nolite transire de domo in domum, Luce x°, quod tamen de transitu communiter oportet facere mendicantes. Sacra scriptura nichilominus affirmat Vita nequam hospitandi de domo in domum, Ecclesiastici xxix. c. Sacra scriptura alibi item mendicitatem pariter reprobante hoc modo precibus factum familiis in domum proximi, Ecclesiastici xxi et eciam xl°. c. Fili in tempore vite tue ne indigeas, melius est enim mori quam indigere. Vir inspiciens in mensam alienam non est vita eius in cogitacione victus. Alit enim animam suam cibis alienis. Vir autem disciplinatus et eruditus custodiet in ore imprudentis

condulcorabitur inopia et in ventre eius ardebit ignis. Et ibi. Item Juvenem ut esset perfectus ita consuluit ut venderet omnia sua et daret pauperibus et sequeretur eum, ubi seglaris in modo vivendi non dubium deinceps amperecitur. Igitur secunda conclusio firmatur quod cum fratres minores spontanee mendicant consequitur quod sine mendicacione communia spontanea dominum juvenem debere ipsum sequendo esse perfectum et saltem perfectos docuit non debere spontanee mendicare. Ecclesiastes probabiliter patet infertur quod dominus in illis docuit non debere homines spontanee mendicare. Tercia vero

Nona conclusio huius modi quod nullus potest prudenter et sancte spontaneam mendicitatem super se assumere pretextu observandam. Ista sequitur plane ex hiis superius sumptis, quia per talis mendicacio atque mendicitas est discrepans a Christo a suis apostolis atque discipulis et ab ecclesia et sacris scripturis ac eadem reprobata. Constat quod non potest prudenter et sancte hoc modo assumi quibus cum emulacioni dei possit assumi, sicut multi ignoranter imprudenter et sine zelo bono sibi pendit. Item Cum mendicitatem assumentes se in temptacionem adducant contra doctrinam oracionis dominice, Mathei vi° capitulo Et ne nos inducas in temptacionem, quare cum contraria sit quis a deo petere ne deus eum inducat sed permittat in temptacionem induci quam se sponte in temptacionem inducit cave enim est materia temptacionis occasio quam mendicitatem assumere. Unde Salomon apte premittit mendicitatem et divicias ne dederis michi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte saciatus illiciar ad negandum et dicam quis est dominus, et egestate compulsus furer et periurer nomen dei mei, Proverbiorum xxx°. Ubi patenter ostendit quod mendicus ad furtum et ad periurium nominis dei sui facile impulsu egestatis urgetur. Unde Ecclesiastici xxvii dicitur propter inopiam multi deliquerunt. Constat ergo quod qui mendicitatem super se sponte assumit occasiones frequentes et faciles temptacionis assumit. Item Cum mendicitatem assumentes ad officium sacerdotale primo ad omnes ordines sacros ut videtur se reddit inhabilem, cum sine sufficienti titulo de vestitu et victu iuxta leges et sancte ecclesie statuta item habere non possit, quod non videtur unde esse factum sed potius imprudenter. 4

Item hii mendicitatem assumentes se arctant videtur ad dei leges predictas in exclusione sancta de spiritu mendicitate solicitudo scilicet non concupisces domum proximi tui et cetera et omnes egeres et mendici non erit inter vos et quemque voluntarie Deus non erit inter vos. Et fortasse rores exclusionis per adversarios habent ut illas affirmat. Cum non videtur in sermonibus de quibus in epistola usque primo

Mendicium ideo feci qualiter ista opinio de obseruancia mendicitatis spontanee fuerat introducta, nisi aut ignorando scripturas aut fingendo eam esse xpi vite conformem propter questus amplioris [illegible] Erat

Unde sexta conclusio materie huius est ista 6 c°
est de regula fratrum minorum mendicitatem spontaneam obseruare, hec omnino fide potius suadenda quam quod in regula et in testamento Sancti Francisci suis fratribus indistincte mendicationem preter laborem Ita laboris precedentis conclusionis ista probant ut illas principalia hic adiecta quod regula ipsa est facta, quod pauperum assentit et probat in textu Extra supradicto

Septima conclusio est quod cum Bulla domini Allexandri quarti que libellum magistrorum condempnat nullam premissarum conclusionum impugnat, hic tale suadetur, quia dominus Johannes xxii in constitutione sua quorundam exposuit et dominus Nicolaus tercius illam Bullam et omnes litteras predicti Allexandri quarti quantum ad omnes articulos quos sua declaratio continet revocavit Constat autem quod paupertatem fratrum minorum circa esse debeat Nicolaus tercius declarat quam fratres mendicantes intelligunt Item Constat quod dominus Nicolaus de fratrum labore declarat et etiam de pecunia non facienda in capitulo aliquo Extra ubi fratribus fuerat contradictio Igitur quo ad illos articulos Bulla Allexandri est a Nicolao cassata Nec in ipsa Bulla recordor aliud quicquam esse quod aliquam premissarum infirmet directe nulla plura obiciendo contra propositionem meam et videndo premissa que dixi amplius solidarem sed Sanctitatem vestram et dominorum meorum reverendissimorum satis vexavi Unde concludo humiliter et devote deposco quod super hiis sicut super omnia prius tacta in mea propositione quam feci Non lite indicta in factis [illegible] iudicium iudicetis

¶ Dum in propositione nuper facta coram domino nostro papa et reverendissimis dominis meis dominorum cardinalium super materia privilegiorum fratribus de ordinibus mendicantium concessorum et mendicitatis super qua idem fratres fundatores se affirmant rationibus per me factis obiectis mihi debam et ad eius rationis causas materie eiusdem omnibus videre quod eo tunc propter temporis brevitatem perficere non valebam in sermone per me facto ad clerum in domo audiencie apostolice in festo Sancti Thome Cantuariensis martiris gloriosi omissa supplevi et facta protestatione in publico quod in illis materiis coram toto negotio reverendissimis quatuor dominis Cardinalibus diffiniendis erat commissio nichil volui temere aut aliter

affirmare quam in opinabiliter obiecte ac etiam videre ad aliquas rationes adiectas non solum diffinicionem sed etiam affirmationem quamcumque ab eisdem dominis meis reverendissimis atque doctissimis expectando Contra articulum seu conclusionem quod Christus mendicitatem spontaneam iudicat obiciunt illud psalmi xxxix Ego vero mendicus sum et pauper quod in persona Christi litteraliter dictum asscritur cum gloza Magistri Sententiarum super illo verbo hic dicit aliquis sit ista vox Ego vero mendicus et pauper, hic dicit Christus de se quod forma servi, ne quis glaciam predicte littere sibi arrogaret, illi ita dicunt Ego autem cui dicebant Euge de me dico hic scilicet quod pauper sum Secundum quod homo, mendicus est qui ab alio petit et pauper qui sibi non sufficit Sed dominus sollicitus est mei in curas hic mei Vel ita Ego autem et de membris agitur quasi dicat hic dicunt de te semper magnificetur dominus et de se hic dicit Ego autem sum mendicus et pauper in non est quod nunc laudet quod me Egenus sum et pauper ut publicanus qui non audebat oculos ad celum levare, cum quo dicas Propicius esto mihi peccatori Non sum dives ut non superbus ut phariseus qui dicebat Non sum sicut ceteri homines et cetera Sed dominus sollicitus est mei adiutor meus et cetera hic orat totum corpus Christi unus mendicus cum Christo et unus pauper, hec glossa Ubi magister Sententiarum qui hanc glozam dicitur edidisse affirmare videtur hic dictum esse de Christo sed non videtur hic eius intencio esse Sed potius quod David hunc id dixit de Ecclesia pro se et membris ipsius a deo remedium lacrimande expectante super eius miseriis et tunc ipsius psalmi in[illegible] concludit Non cum Christi Christum hic expectavit ut dicitur Expectans expectavi dominum et intendit et exaudivit preces meas et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis Alia littera hec et de luto limi etiam Ubi magister super illo loco exponit hic modo eius est lacus miserie profunditas iniquitatis quod carnalibus concupiscentiis hic est etiam et de luto limi Unde te eduxit hec magister Ex quibus apparet quod de se ibi Christus non loquitur cum Christus omnino iniquitate caruit Nec magister in hoc dicto ubi videtur veritati contrarius est pauper est qui sibi non sufficit, cum pauper dicatur qui parum habet et cetera quod parum potest aut parum possidet quo ad diviciarum huius mundi, qualis Thobias erat qui dixit Fili pauperem vitam quidem gerimus Thobie iiii° c Et cum sibi sufficeret, vixit honeste, quod est etiam cum gratia paupertas esse honesta, licet egestas sit semper turpis Vnde non gratia pauperes nomine expositor sine descripsit Ista

Si intelligentur de Christo, non de mendicitate

Spiritualis alimenti scilicet letitie consolantis quo
indigent et quales fratres sui habebant de quibus
immediate premisit Exultent et letentur
super te / omnes querentes te et dicant semper
Magnificetur etc. debet intelligi quod potentie
dei pro mendicitatis illius remedio confidenter
adiciens Adiutor et protector meus tu es
deus meus ne tardaveris protectio enim ab insul
tantibus affert letitiam. non compellit quemquam
esurire. Item alia translacio habet hic loco me
dicus egenus cum legam verba augustini hic non
exponit Ego autem cui dicebat Euge Euge
egenus et pauper sum / non est quod in me meum
laudent despiciat ille sacrum meum et con
probat me stola sua Vivo ego iam non ego
vivit autem in me christus Si vivit in te christus
et totum bonum quod habes christi est / totum quod
habebis christus est Cum parte ipsum quid es
ego egenus et pauper Ego autem non dives
quia non sum superbus dives erat ille qui dice
bat Gratias tibi ago quia non sum sicut ceteri
homines / velud etiam hic publicanus / publi
canus autem pauper erat qui dicebat deus
propitius esto michi peccatori / hec augustinus Videte
cum ista christo conveniant / et cum dicat ege
nus, id est compositio Non sum dives, et pro inope
seu indigente non arguatur mendicitatem aut
egestatem sed inopia vel indigentia
que tamen synonima accipiuntur sepius
in scripturis et in dictis sanctorum ut infra
versus fine dicetur christo ascribere Item
Glozator qui sub distinctione illud exponit
de christo aut de eius ecclesia versum immediate
sequentem ad christum aptare non potuit Scilicet
Adiutor meus et protector meus tu es deus
meus ne tardaveris de sola ecclesia illum
versum exponit / cum tamen appareat quod de eodem
deberet exponi / cum precedens versiculus que
relacionem continuat / et sequens postulacionem
seu expressionem remedii super miseriam in
timata Unde videtur quod non potest de
christo apte intelligi sed de illo de quo sua
miseriam exponente et remedium postulante
ubi premittitur cum circumdederunt me mala
quorum non est numerus comprehenderunt me iniquitates
et non potui ut viderem multiplicate sunt super
capillos capitis mei et cor meum dereliquit
me Complaceat tibi domine ut eruas me domine
ad adiuvandum me respice / et versus una similiter
repetitur Ego vero mendicus sum / cum in eodem
continuatio videtur similiter usque in fine / que
priora christo innocenti convenire non poterant
cum nec iniquitates habebat nec visu carebat
nec cor gessit eum deserens pro timore quod
omnia sic non cetere pro se aut pro suis membris

convenit Et super illo loco augustinus exponit
ut dixi Item esto quod esset illud dictum in
et de christi persona / adhuc non constat ex illo capite quod
quod sit dictum pro eius persona / cum sepe scriptura
loquatur in eius persona pro suis / sicut ille idem
glozator exponit in multis psalmis sibi
Et Beatus augustinus sic exponit de psalmo c. viii
Mendicum et compunctum corde mortificare
in suis membris Cui dicto premittit mendicum
autem quid intelligam nisi forte quod dixit
Samaritane Da michi bibere Et invenit aut
Sitio Et quod sequitur quo accipiatur in spo
capite meo etc. non invenio Unde post
pauca persecutus est hominem inopem et me
dicum / sed in membris suis sic quod Beatus augustinus
Nescieris invenire quid christus mendicat quod fra
tribus non erat edoctus id est de christo pro suis
membris exponit / sicut ipse loquitur / Qui
vos audit me audit Et qui vos spernit
me spernit / Luce x c. Et ibi Saule Sa
ule quid me persequeris actuum ix Et ibi
Mathei xxv° describens formam finalis iudicii
Esurivi et dedistis michi manducare Et sequitur
Quod uni ex minimis meis fecistis michi fecistis
Ex quo etiam dicto videtur quod nunquam elemosinam
a quoquam mendicando accepit cum tamen ut
verisimile estimandum potius nullatenus tamen
in reddendo mercede / cum potuisset exponi
mihi in me persona et meis minimis fe
cistis / quod quia non fecit verisimile videtur quod
elemosinam mendicando a nullo accepit
Item cum in alio psalmo dicat Eripuit
pauperem de inopia pro eodem pauperem et
inopem synonime accipiendo / quia sunt synonima
in sensu / cur non possit sic hic accipi men
dicus pro paupere inope aut egeno non
video Item cum iste Glozator scilicet Nycho
laus id est exponat de christo / et non aliter
de suis membris nemo potest concludere quod aliter
expositionem affirmat Nam in isto dicto quod
corporali mendicitate christi nullus est color scrip
ture attente discussa / cum locum mendicitate aliud
sensum pretendat Nec aliquis sanctus
doctor in scriptura quem vidi ita exponat sed
aliter / nec gloza ut constat illam expositionem affir
mat contrariam adiciens Item et si probari posset
quod isto hic dicto aut aliis quod deus ut homo
indigentie naturalis impulsu aliquando mendicavit
Non quod eo potuit mendicitas sive mendicatio
spontanea approbari / Nec infirmatur conclusio
negativa scilicet quod christus nunquam spontanee men
dicavit Illud etiam quod in psalmo c. viii de
domino predictum videtur modo premisso de iuda
proditore cum exponitur petrus apostolus actuum primo ascribit
autem dies eius pauci et episcopatum eius accipi
at alter Et sequitur pro eo quod non est recorda
tus facere misericordiam et persecutus est hominem inopem
et mendicum et compunctum corde mortificare
Ut accipiendo ut quod mendicus pro egeno

seu inopie qui ibi statim submergitur. Libera
quia egenus et pauper sum ego, et cor meum
conturbatum est intra me, ubi videtur ea-
dem repetita. Item non videtur illud debere
intelligi de spirituali mendicitate et mendico so-
lum qui super mendicitate et paupertate spirituali
aliquorum petiit remedia non super mendicitate
aliqua corporali cum primo narrasset cau-
sas mendicitatis in psalmo premisso isto allocuti
sunt adversum me lingwa dolosa et sermonibus
odii circumdederunt me et expugnaverunt me
gratis pro eo ut me diligerent detrahebant
michi, ego autem orabam et posuerunt adversum
me mala pro bonis et odium pro dilectione mea.
Et recapitulatis quibus cum dixit hec opus corporis
eorum qui detrahebant michi apud dominum et qui
loquuntur mala adversum animam meam et conclu-
dens causas petiit remedium isto. Tu
domine fac mecum propter nomen tuum quia suavis est
misericordia tua libera me quia egenus et pauper sum ego etc.
Ubi egenum vocat et non mendicum. Et de
corporali indigentia ubi nulla sit mentio
hec eciam in gratiarum actione pro liberatione recepta
psalmi fine subiungit Confitebor domino nimis
in ore meo et in medio multorum laudabo eum
qui astitit a dextris pauperis ut salvam
faceret a persequentibus animam meam. Constat autem
deo cuncta permittit. Et quod videtur quod illa mendici-
tas de spirituali alimento debeat intelligi. Item
obicitur quod Christus a Samaritana muliere
mendicando bibere postulabat cum dixit
Da michi bibere ut legitur Iohannis iiii c. Ad istud
videtur quod aliud est simpliciter petere quod
mendicare. Sed cum aperte intelligi quod illud
non egit ut tamquam elemosinam mulieris acciperet
sed ut quandam sermonacionem seriosa et utili
mulierem ad fidem adduceret. Unde B. Augustinus
super illo verbo quod sequitur Respondit Ihesus et dixit
ei Si scires donum dei et quis est qui
dicit tibi da michi bibere tu forsitan petisses
ab eo et dedisset tibi aquam vivam. Dicit
hunc autem audit ei non se talem aquam pe-
tisse qualem ipsa intelligebat sed quia ipse sic-
iebat fidem eius eidem sicienti spiritum sanctum
dare cupiebat. Hanc enim recte intelli-
gimus aquam vivam quod est donum dei. Sicut
ipse ait Si scires donum dei et ubi premit-
tit. Ille autem qui bibere querebat fidem
mulieris siciebat illius. Et Crisostomus ibi sic dicit. Et
qualiter Christus assumit ab ea lege non concedente
Si autem quis dixerit quod siciebat eam non daturam
in primo, ad propter hoc petere non oportebat. Est
dicendum et ideo petiit quod Iudeus erat de
reliquo libens observancias preterire. Et ille ubi
iste Sanctus assumat videtur quod siciebat eam non
daturam et hoc constat quod lex sibi tacta et
mulieris vero dicit ei neque domine neque in quo
haurias habes et puteus altus est unde.
Crisostomus super verba mendicasse nichil ab ea

peciturus recepturum. Nec dedisset quod Christus
ieiunus bibisset hora quasi sexta profectibus discip-
ulis qui ut emerent cibos erant in civitate
in primo allatum. Item sed iste Ihesus pe-
tebat bibere ut ostenderet se non curare ultra leges
observancias preterire. Et addit Crisostomus et admi-
rabantur quidem super humanitate Christi mansuetu-
dinem et humilitatem, qui ita perspicuus existens
sustinuit loqui cum tanta humilitate mulieri in-
opi Samaritane. Ipsa enim vocat eum dominum
Domine neque in quo haurias habes. Si igitur me-
dicasse dicatur. Sic dicendi sunt omnes generaliter domini
imperatores et reges et principes mendicare
cum a suis petunt manducare aut bibere. Item
Crisostomus hic non indiguit mendicare potius
potum quam cibum. Ut ut patet cum quibus dicit
discipulis cum cibis emptis reversis. Interea
rogabant eum discipuli dicentes Rabi manduca.
Ille autem dixit Ego cibum habeo manducare quem
vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem
Numquid aliquis attulit ei manducare. Di-
cit eis Ihesus Meus cibus est ut faciam volunta-
tem eius qui misit me, ut faciam opus eius.
Sicut legitur vidisse matrem suam et Ioseph cum
nesciebatis quia in hiis que patris mei sunt
oportuit me esse. Luce ii capitulo. Sic enim
opus patris sui fuerat sibi cibus sic et equaliter
erat potus. Unde non amplius videtur eguisse
potu quam cibo, quo tunc nutriebatur licet deum
non eguit sicut nec eguit xl diebus sue
temptacionis a dyabolo. Sed postea esurivit
iuxta Evangelium, Mathei iiii. Unde ergo secundum litteram
et similia istorum sanctorum concordi satis appa-
ret quod Christus ab illa muliere Samaritana
mendicando bibere non potuit. Sic non me-
dicando dixit Zacheo hec, festinans de-
scende hodie in domo tua oportet me ma-
nere. Luce xix capitulo, cum unum operatum, Sequitur
mendicationis non habent, ut vera festines id
festinet. Nec Zacheus mendicantem dominum ap-
pellasset ut sequitur. Stans autem Zacheus di-
xit ad dominum vel secundum aliam literam ad Ihesum.
Ecce dimidium bonorum meorum domine do paupe-
ribus. Nec dubium quin Zacheus tam letus
effectus Christo aut suis discipulis si erant me-
dicantes ab eo illud bonorum suorum dimi-
dium potius eis quam aliis dedisset. Sed id
eum fecisse non sustinet vera scriptura. Ait
Ihesus ad eum Quia hodie salus huic do-
mui facta est. Tunc enim dominus prestitit illi salu-
tem, et si temporalia tot et tanta ab eo sumpsisset
offendiculum suo Evangelio prebuisset. Item
qualiter credi potest quod tunc Christus mendicavit
a Zacheo quoniam ab eo nec omnino petiit
sed solum expressit quod oportuit eum in domo
sua manere illo die, quod unum propter utilitatem sa-
lutis Zachei et domus sue sicut sequens litera
patenter ostendit est dictum quia hodie salus huic
domui facta est. Item cum Christus tunc veraciter
ne magne humilitatis erat in populo, quod eum
viderunt omnes murmurabant dicentes

Cena ad honorem peccatorum divertisset. Non potest
esse verisimile quod eo tempore mendicabat quando omnes
fuerunt ad ipsum invitandum promptissimi. Ymmo
illa via propter paupertatem divitias dimisisse videtur
aut quod paupertatem quia erant similiter terrena ab
hiis quibus spiritualia seminabat, sicut pullo
asine eadem paupertate usus fuisse videtur.
De quo dicitur Luce xix, cum discipuli eius propter
pullum asine solverent, quibusdam dicentibus
Quid facitis solventes pullum, dixerunt quia
Dominus necessarium habet, et dimiserunt eos. Cum
vero pretenditur quod auctoritate legittima illud
exigeret, alias tamen habuit paupertatem, unde volebat
cum in templo omnes circumspexisset, cum esset vespera
hora, exivit in Bethaniam cum xii, sicut legitur
Marci xi. Cum videret nimis benivolos
ad sibi et suis necessaria ministrandum, voluit ad
liberaliores qui illud gratanter agerent declinare
ut offendiculum tolleret, Chrisostomo respondente. Nec
obstat illud quod dominus ipse ait Luce ix
sibi dicenti: Magister, sequar te quocumque ieris,
Vulpes foveas habent et volucres celi nidos,
filius autem hominis non habet ubi caput suum
reclinet, quod nichil penitus de mendicitate
dicitur. Sunt plurimi in ecclesia dei rectores
atque vicarii qui non habent ubi caput recli-
nare de terra, et tamen non sunt mendici, de decimis
et oblationibus eis debitis a suis subditis
possident, habitis non sufficientibus necessaria sue vite
congregare, quod Christus si voluisset poterat, sicut
summus sacerdos secundum ordinem Melchisedech,
cui omnis cui tamquam sacerdoti Abraham
regressus de cede Regum decimas dimisit
de omnibus, sicut dicit apostolus ad Hebreos
vii°. Et dicit Origenes super Johannem xiii c°:
Non solum decimas sed etiam cuncta sibi necessaria
poterat a populo cui predicabat exigere.
Unde non propter carentiam propriam potest
inferri quod erat mendicus, sicut de
ipse non potest, ymmo aperte contra eum, nemo
est vere mendicus qui sibi sufficientia libere
a sibi subiectis potest exigere atque recipere.
Patet ergo quod iste impudens voluit sequi Christum
tamquam summum sacerdotem populo predica-
tem ut per sequelam suam temporalibus ditaretur,
ut Crisostomus et Beda et glosa exponunt. Constat
quod Christus non erat mendicus ut illi secundum
eius sequelam hec ingerenti mendicitas
appareret. Item ex quo Christus triennium
cum fere dimidio solum predicationi assidue
remansit, intra civitates et castella pre-
dicans verbum dei, nulli ibi hereditatem
habens volens dimittere, clerici superva-
cue propter capitis reclinatorium scilicet domum
propriam habuisse. Responsio. Ratio non
valet, quia unquam proinde domum emisset
non intraret in ipsam et exemplum

Cupiditatis malicie alios reliquisset
cum exemplo apostoli sunt edocti possessiones
immobiles a conversis oblatas vendi pe-
nitus voluerunt, quod non fuerunt in illis primis
memoratum. Item est valde mirabile de istis
quod hominum novitate introducto quod ipsi predicatores
talia reclinatoria ubique ubi possunt edi-
ficaverunt, habent et possident, de Christo propter
perfectionem vite contrarium affirmantes et in
desolationem ipsius Christi perfectionis se assimi-
lantes sectatores, quod aut non sunt mendicantes
Christo. Si enim recte id docent in contrario esse
mendicantes, aut si recte sic agunt suam
perfectionem impugnant de altissima paupertate
que ut iudex agnoscit cum talibus palaciis
regalibus stare in eis non potest sicut nec in
aliis. Illud vero Mathei x°: Nolite pos-
sidere aurum neque argentum neque pecuniam in
zonis vestris, non peram in via neque duas
tunicas neque calciamenta; dignus est enim
operarius cibo suo. Ubi Marcus refert istis:
Nolite portare sacculum neque peram neque
calciamenta, et neminem per viam salutaveritis.
In quamcumque domum intraveritis primum dicite
Pax huic domui. In eadem autem domo
manete edentes et bibentes que apud eos
sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.
Luce x°. Ad mendicitatem non pertinet, quod
cum quo Marcus repetit precepit ne quid
tollerent in via, satis ostendit quod hic preceptum
non fuerat absolutum sed tempore [illegible]
dominus Johannes papa xxii in libello quem
composuit. Item non fuit preceptum absolutum
per tempus vite quam Matheus dicit in via. Et suppo-
nere debemus quod Matheus non aliter intellexit
quam quo in via Christi docuit describit. Non
cum sequitur: Talia non habeatis in via, ergo
talia non alibi habeatis. Item frustra
precepisset quod talia non ferrent in via nisi talia
habuissent, a quibus in via poterant abs-
tinere, et pecunias et plures tunicas et argentum
et aurum et alia eo modo per viam apostoli
ad defendendum ipsi habebant aut de suo pos-
sederunt, et non apostoli probantur mendici. Item
cum Matheus per causam prohibitionis dicat
mus in via sine possessionibus eorum adiciat:
Dignus est enim mercenarius cibo suo, appa-
ret quod prohibitio non fuerat absoluta sed
tantum quo ad delationem talium rerum quas
alii quibus evangelizare debebant eis de-
buerant ministrare, quod non arguit eos fuisse
mendicos aut mendicare debere sed potius
ab aliis hec sumpturos accipere. Unde dominus
Johannes xxii ubi et affirmat mercedem domini
sancti Augustini, quod hec fuit data eis
potestas exigendi vite necessaria ab hiis quibus
predicare debebant. Unde habuit paupertatem
dati non fuerunt vere mendici necessitatis

Et si mercedem a non offerentibus petivisset
diceretur non debuerat mendicare, cum mendicare
sit petere sibi dari de gratia. a creditoribus non
imputatur quasi gratiam sed quasi debitum, ut
dicit apostolus ad Romanos iiii°. Alioquin etiam
imperatores, Reges et principes cum congerunt
unitate quam ternarium Si responderetur michi
quod non sit nacio illa monstrua sed in tria
sed in unione et liga sed attendit ad unam
ex duabus partibus hos iam dicere multo ad
gravaturas quia unum mortiferum vulnus
ecclesie curabitur Sed ad hoc quererem
restat cui parti post illam ligam seu unionem
adhesiva sit nacio germanica quod neque
sicut sine magne cause prediscussione
et primo iudicio ut in tanta re appareat cui
tamquam parti iustiori sit adherendum Et videtur
omnino intractabile quod staret iudicio aliquo
parcium contendencium cum ambe post se
suas appellaciones tamquam suspectos iudices
repudiaverint nec aliam alteri de germania
ecclesie cum visibiliter quilibet extra illam unionem
uni parti adhereat et ideo quilibet tamquam
pars cui adheret inde habetur suspectus
Oportet ergo tandem quod nacio per se ipsi

Iudex et iudicet cui parti sit adherendum
tanquam iuste. Hoc autem melius quietius
et honestius faciet, an talem unionem et
ligam tanquam utrique parti amicam quam per
talem unionem cum iam habeatur tanquam
rebellis et inobediens et utrique parti
inimica. Unde accidit quod ad quamcumque
partem postea declinabit notabitur
de gravi culpa inobediencie et erroris
et dicetur quod isti parti quam modo iustificat
prius fecit iniuriam quia in obediencia
videre debuit quod modo iustum esse novit.
Et revera recte verificabitur in ista
nacione prefata illa Ysaie comminatoria scilicet
quod sola materia et vexacio modo dederat
ei intellectum ut sic faciat cum erubescencia
obedienciam quam noluit exhibere cum
iusticia et honore. Quod autem dicunt qui
huic unionem inclinant quod dive memorie
dominus Albertus Romanorum rex et venera-
bilibus et illustrissimis patribus et princi-
pibus Romani Imperii electoribus
hanc unionem receperunt et inierunt de
quibus presumendum est quod non inconsulte
egerunt. Ad hoc dico argumentum ex auctoritate
in hac parte modicum valere. Nam quis
negavit sanctum regem David prudencia et
sanctitate prestanciorem fuisse Romanorum
rege Alberto et suis electoribus in huiusmodi
agibilibus qui tamen grande malum induxit
super populum suum cum inconsulte populum numerari
iussit ut habetur 2 Regum ultimo ubi legimus ob-
tinuisse verba regis contra verba Ioab
et principum. Et hoc ut ibi legitur per-
cussit David cor suum et dixit ad dominum: peccavi
valde in hoc facto et stulte egi nimis. Propter
illa culpa regis percussi sunt a Dan
usque ad Bersabee lxx milia virorum
et mortui sunt ut habetur ibidem. Non ergo facta
regum et principum aut quorumcumque in
agendum huiusmodi maxime ante optatum
eventum que finem utrique allegandi sunt
et prudentibus adeo prosequenda nisi
eo actu racionabilem et licitum fuisse constat.
Fateor enim non inmerito debere ymmo oportere
subditos sequi vestigia regum et principum

in deviis peccatorum eciam cum discrimine
et periculo suorum corporum. Nunquam tamen subditi
tenentur sequi superiores suos eciam
quantumcumque, ymmo pocius tenentur non
sequi eos in deviis morum et cum peri-
culo suarum animarum, quia quantum ad hoc
non subsunt eis nec imitare eos te-
nentur in quibus non imitantur legem
Christi. Ideo non absolute ait apostolus
imitatores mei estote sed restrictive
addidit sicut et ego Christi ad Corinthios
xi. Et alibi addit potestas est nobis
data ad edificacionem non ad destructionem.
Nichil arguunt allegaciones facte
talium principum propter que ab ecclesia
canonizata non sunt nisi quatenus
raciones quibus tales actus innixi
sunt conuincunt. Sed dicunt ad hoc
persuasores illius unionis quod verisi-
mile in tam ardua re habuerunt
doctissimorum doctorum et virorum con-
silia qui in hiis partibus scilicet Reni
abundant ideo non esse talem unionem
repellandam. Ad hoc videtur quod du-
bium stat hic ad questionem hanc non
pertinet non queritur quam periti aut quam docti
fuerant consulatores sed quid quantum
racionabile utile aut expediens sit illud
quod consultum est. Nota enim Senece
sentencia illa scilicet ut non moveat dicentis
auctoritas sed quid dicatur attendat.
Sepe enim ut doctorali proverbio di-
vulgatum est minor quod ignorat ma-
ior. Tamen nescivit Moysen summum
et amicum Dei magnum legislatorem et
ducem populi dei maiorem fuisse Jetro
Madianite qui tamen recte reprehendit
acta Moysi ita ut esset ausus dicere
ei non bonam rem facis stulto labore
consumeris Exodi xviii. Sed si cui hoc
exemplum cum auctoritate dictorum non sat
persuasibiliter audiat saltem asinam Bala-
am tunc loquentem et dicentem
contra sibi insidentem prophetam quod
ignorant. Non ergo ad famam et peritiam
consulencium in tam ardua re sed
magis an illud quod consultum est
expediat et utile sit reipublice.

286.

Iustum et honestum prudentissime attendatur et hoc est querere ecclesie pacem magis quam per ligam qualemcunque vel per talem principum unionem

Tercium sunt adhuc nonnulli qui quod racionum aut scripturarum auctoritate convincere nequeunt contra auctoritatem ecclesie et sacri Concilii eam repugnantes saltem humano exemplo quasi quadam certitudine infirmiores ad illud quod volunt allicere nituntur dicentes Ecce ille Reverendissimus pater dominus Iulianus Cardinalis ~~sancte~~ sancti Angeli vulgariter nuncupatus qui fuit legatus Sedis Apostolice multis annis in Sacro Concilio et toto conatu verbis scripturis omnique virtute concilium sacrum et eius auctoritatem publicavit roboravit et quid valuit contra impugnantes rationibus validissimis propositionibus allegationibus et argumentationibus defendit Cum tamen modo a Basiliensi Concilio discessit et domino Eugenio et Concilio Florentino adheret Cum tamen ab omnibus talis et tantus noscitur in omni virtute et preclara ut non sit presumendum de eo quod in hac re ignorancia fallatur cum sit doctissimus nec quod malicia corrumpatur cum sit vir optimus et omni virtute solidatus ut merito ceteri tanti viri exemplum secure sequantur Ad hanc obiectionem Respondeo et fateor vere quod pater dominus Iulianus legatus in Basilea Venerabilis homo et vir optimus erat nec aliquid aliud tunc sibi similis videbatur Etiam licet in argumento diceabatur Cardinalis sancti Angeli vulgariter nuncupatus Sanctus tamen esset argumentum si angelicus de celo foret et sic egisset sed nec sic in hoc negocio imitandus esset Cum auctoritas sacri Concilii evangelice veritati ut immobili fundamento innititur Sed nec angelo de celo contra evangelicam veritatem credere debere Docet nos Apostolus ad Galathas primo dicens licet nos aut angelus de celo

evangelizet vobis aliud preter id quod evangelizavimus vobis anathema sit Sed quamvis restat etiam domini Iuliani dominum Cardinalem sancti Angeli non angelum sed purum hominem esse et propterea humane fragilitati et humane condicioni ita ut possit etiam ut ceteri homines passionibus aliis subici et errari et falli Et quale mirum si dominus Iulianus humana passione aut persuasione quacumque victus ita ut apud dominum Eugenium constitutum se putaret esse securum Et ab obediencia Concilii Basiliensis omnino absolutum Cum autem nostra tempestate legamus sanctum prophetam Ionam quem nemo hominum dubitat esse sanctitate et virtute Iuliano minorem tamen humana passione in falsum fuisse ut estimavit quod si in Tharsis eum preveniisset et dominum imperium evasisset Sic enim postquam mandatum Ionas recepisset a domino predicare Ninive legitur Ionae primo quod surrexit Ionas ut fugeret in Tharsis a facie domini Et putans quod iram dei evitare posset in alieno loco si in eadem relinqueret in qua semper dominum putabat Sed quid nobis tanta re Iulianus pro exemplo immitando concilii decreta inducitur Cum non restat beatissimum petrum apostolorum principem post spiritus sancti visibilem susceptionem domino Iuliano dicto Cardinali sancti Angeli et omni cardinali immo omni mortali vita merito longe prestanciorem fuisse qui tamen humana est victus passione ita ut contra decretum sacri Concilii apostolorum imitari non solum noluit doctissimus ille Paulus sed etiam ei in facie restitit et eum ab omnibus reprehendit ut sic etiam ab imitacione summi pontificis et primi apostolorum in hoc quod contra decretum ageret ceteros cohiberet Nam in actibus apostolorum in legitur de concilio congregatum super observancia legalium quod fuit tunc temporis concilium Ierosolimis tunc tunc in quo fuit petrus apostolus et prima voce dedit Iacobus ut tanquam episcopus ordinarius loci et presidens conclusit quod non esset necessaria observancia legalium et tunc sacri illud concilium scripsit fidelibus ex gentibus conversis inter cetera ut visum

spiritu sancto et nobis nichil aliud ultra imponere vobis oneris etc. Postea tamen cum Petrus venisset Anthiochiam antequam venirent quidam a Jacobo ex circumcisione fideles cum gentibus edebat. Cum autem venissent subtrahebat et segregabat se ab eis timens eos qui ex circumcisione erant et simulacioni eius consenserunt ceteri iudei ita ut etiam Barnabas ab eis duceretur in illam simulacionem. Sed cum vidisset Paulus quod non recte ambularet ad veritatem ewangelii et nimis dectum (?) consilii ~~et post retraxit alios~~ quod ibi veritatem ewangelii nominat apostolus restitit sibi in faciem, quia reprehensibilis erat et coram omnibus reprehendit ut habetur ad Galathas. Si ergo b. Paulus Petrum reprehendit super hiis ex humano timore contra decretum consilii et postea retraxit alios a suis imitacione. Dignius est ut cuncte reprehendatur sit dominus Julianus aut alius quicumque Petro longe inferior in hoc facto ut scilicet ad eius imitacionem ab obediencia sacri concilii aliquos distrahat aut quolibet detineat sed in eo tamen serviant inferiores imitentur suos seniores et simpliciores perfecciores in quo ipsi nos statuntur Christi domini imitari etc.

Sequitur est finis determinacionis seu conclusionis universitatis Wiennensis quam ut quidam dederunt Metropolitano suo Archiepiscopo Salzeburgensi et licet multa hincinde fuissent per doctores collecta consilia pro certum doctorum facultatis Theologice tamen inter cetera placuit hec determinacio in materia et forma quae erat collecta per sollempnissimum sacre pagine doctorem magistrum Narcissum Herz de Bertching. Et hoc ideo quia erat in forma et materia sollempnior et notabilior.

1 Joh de
declaracio magistri Helgot.

Reverendissimo in Christo patri domino domino Sbigneo Episcopo Cracoviensi Alme universitatis Studii Cracoviensis Cancellario dignissimo. Rector Doctores et Magistri universitatis eiusdem Devotas in domino orationes Deliberantibus hinc universitati nostre quid super instanti requisicione clarissimorum virorum dominorum Magistri Jacobi de Paradisio (?) Sacrepagine, Stanislai de Sobnow Prepositi Wladislaviensis et Cantoris Ecclesiarum, in artibus liberalibus, Magistrorum Derslai de Borzinow Decretorum Doctoris Archidiaconi Cracoviensis et Nobilis Guilhelmi de Barma Sacrosancte generalis Synodi Basiliensis in spiritu sancto legitime congregate universalem Ecclesiam representantis et Sanctissimi domini Felicis pape quinti oratorum et nunciorum sit responsurum (?) verbum illud prophetarum Alienati sunt peccatores a vulva erraverunt ab utero locuti sunt falsa. In primis se nostre consideracioni offert Et quidam sancti Doctores, duobus modis exponunt peccatores alienari et errare ab utero sancte matris Ecclesie que sola genitos ad mortem, regenerat ad vitam, et ita demum prolabi ad falsa, aut quia nec concipiuntur in utero eius nec nascuntur ex eo per fidei suscepcionem, aut et si fidei sacramenta susceperint, scelestis tamen operibus degeneres effecti ab unitate ipsius dividuntur. Quemadmodum enim carnalis mater in carnali sobole certas vicissitudines obscuriat (?) et quasi cum puer primum in utero nascitur et aliquamdiu demum in lucem hanc vitepuit emissus, matris manibus ut decet gestatur ut tandem ablactatus ad mensam patris accedat, validiore nutriendus cibo In hunc quoque morem quos sancta educat Ecclesia, primo quasi in

eius conceptus est utero dum rudimen-
ta fidei xpiane suscepit in kathecismo
et exorcismo et deinde per ba-
ptismum et aliorum sacramentorum percep-
tionem et intelligenciam, et qui ad lucem
iam in eis formata virtute ge-
nerantur, tandem quasi manibus
baiulantur ecclesie, et lacte nutriuntur
dum simpliciori et faciliori doctrina
imbuuntur donec adulte simplicis
sensus accedant ad mensam patris
ut sit valido et grandiori vescantur
cibo, pane videlicet angelorum, quem sanctus
euangelista in Johanne, In principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus
erat verbum, et infra sequitur quod verbum
caro factum est et habitabit in nobis
et vidimus gloriam eius quasi unige-
niti a patre plenum gracia et veritate.
Sed quia ut dicit beatus Gregorius in moralibus
et ponitur verba xxiiii q i quia, ex-
tra katholicam ecclesiam veritas conspicitur
aperto verbo proferre falsa loqui
dicitur, quisquis ab eius utero errat
et alienatur et tanto periculosius
ubi decipitur recta fides et sana non
habetur, ut dicit beatus Augustinus de civitate dei libro
xix et error et illa que optima in
rebus iudicantur humanis falsa esse
apud cunctos quibus lumen fidei
non lucet ostendat, concludit philosophos
et sapientes mundi huius quia illam
veram beatitudinem celestis regni
fidelibus promissam credere noluerunt
hic sibi conatos falsissima fabricare,
quanto superbiores, tanto mendaciores dici-
te. Nam licet, ab ipsis tunc vere atque
honeste putentur esse virtutes cum re-
ferantur ad se ipsas nec propter aliud ex-
petuntur etiam tunc quia non ut
ut libet simpliciter habentur inflate
ac superbe sunt, ergo non virtu-
tes sed vicia sunt iudicanda.

Nobis propterea pater reverende, qua
exigimur racionem reddere de ea que in
nobis est fide queque nobis insit sentencia
de obediencia premonito domino
sancte presta nunc, videtur convenire aliquid
de ipsa sancta matre ecclesia de cuius unitate
dicitur, quod sentiamus repetendo, qualiter
innixi stabili et inobliquabili fundamento
quid de consequentibus senciendum sit
cunctis in xpm dominum sponsum eius
credentibus, liquida racione ostendamus.
Sed antequam descendimus in ea, ut magis
manibus facientes operacionem magis
nullus de naucula petri, invocandus
est a nobis spiritus sanctus, qui ipsam omnem
docet veritatem, invocandus est xpus
dominus sponsus eius qui se cum ipsa usque
ad consumacionem seculi mansurum polli-
citus est, invocandus et deus pater
qui ipsam filio suo per incarnacionis
misterium copulavit, quatenus ipso inspi-
rante non aliud quam ut sponsa vitam
flagitat ex scripturis sanctis de ea
testimonium proferamus.

Ut autem distinctius prosequamur propo-
situm premittende sunt in primis ac-
cepciones ecclesie, que prima sui divisione
duplex distinguitur, materialis una
et spiritualis ex lapidibus et lignis constructa
ecclesia in qua laudatur et glorificatur deus
de qua propheta dicit In ecclesiis benedici-
te deo. De qua etiam deuteronomii xxiii
Eunuchus non intrabit ecclesiam et psalmista
ad Corinthios xi Numquid non habetis domos
ad manducandum, aut ecclesiam dei con-
temnitis. In hac enim accepcione sumitur
ecclesia, titulo de consecracione ecclesie vel altaris
et de ecclesiis edificandis. De tali ecclesia non
est intencio nostra ad presens quamvis ad istam
habitaciam etiam iusto dei permittente iudi-
cio manus impiorum prevaluerunt. Sed
de illa de qua dicit Salvator super hanc

petram edificabo ecclesiam meã et por
te inferi non prevalebunt adversus
eam. Unde ecclesia est spualis et
hec duplex. Quedam vocatur ecclesia
malignancium et est congregacio infi
delium hominum sive Iudeorum paga
norum et iniquorum xpianorum qui a
unitate fidei et caritate ecclesie apposta
taverunt / Que quidem congregacio no
est nec dicitur proprie ecclesia ut pz
XXIV q u § non omnis / Cuius racio
est quia talis ecclesia nec a christo
nec ab eius apostolis sumpsit exordium
sed a paganis perfidis et apostotis
dyabolo instigante et obtinant conside
racionem non simpliciter ecclesia sed cum de
terminacione ecclesia malignancium appellatur
de qua propheta / Odivi ecclesiam mali
gnancium et ecclesia hec / est corpus
dyaboli cuius ipse est caput teste b.
Gregorio in moralibus li. XIX c VI ubi dicit
Sicut redemptor ut una est persona
cum congregacione bonorum ipse namque
est caput corporis et nos huius capitis
corpus / ita antiquus hostis una est
persona cum cuncta collectione reproborum
quia ipse eis ad iniquitatem quasi caput
presidet Et sicut ecclesia fidelium ortum
cepit ab Abel iusto sic ista malign
cium ortum cepit a Cayn fratre suo ho
micida usque ad finem seculi duratura
omnes homines homicidas corporales
et spuales se in anima finaliter necantes
hoc est omnes iniquos dampnatos
et dampnandos generaliter comprehendens
singuli enim de hoc corpore sunt spua
les homicide Si etenim qui odit fra
trem suum homicida est per Ioh. iii
a pari vel maiori qui odit animam
suam omicida est et hic est omnis
iniquus et perfidus iuxta illud
prophete Qui diligit iniquitatem odit
animam suam omnes ergo tales dux
erunt corpus dyaboli et una generacio
cacodemonum. dixit Salvator Mt XXIII
Amen dico vobis venient hec omnia
super generacionem istam. Ubi dicit Crisostomus
omnium iniquorum et homicidarum a Cayn
usque ad finem mundi una est generacio
et si non sunt in tempore uno omnes
sunt filii persecutorum et homicide
Cayn Talem generacionem seu ecclesiam
malignancium beatus Augustinus in li. de civitate
dei vocat civitatem mundi / et illam
que est ecclesia fidelium dicit civitatem
dei tractans per plures libros
de ipsarum exortu et excursu et de
utriusque finibus commixtamque ipsas
esse in hoc seculo perplexas et invicem
esse ordinans donec ultimo iudicio
dirimantur. Est ergo alia ecclesia
spualis que dicitur ecclesia fidelium
de qua propheta Laus eius in
ecclesia sanctorum. Et iterum Dilexi
decorem domus tue / decorem inquit
non quem diversitas marmorum sple
ndor facit sed quem prestat varie
tas virtutum graciarum / Ille enim decor
tum oblectat sensum iste vero vi
vificat hominem / ille pro tempore reficit
oculum / iste autem in perpetuum edifi
cat intellectum verba sunt Crisostomi Ergo
innotescit / quod ecclesia spualis statim
dicta est multitudo fidelium / est et
quilibet fidelis in gracia existens de
qua Apostolus prima ad Corinthios iii Fre
tres quia templum dei estis vos
Et secundum hoc ecclesia spualis fide
lium est duplex una est particularis
et hec est multiplex. quedam enim mul
titudo fidelium ecclesie metropolitane
sive kathedralis sicut ecclesia Cra
covien. Alia multitudo fidelium
ecclesie collegiate Alia multitudo fi
delium ecclesie civitatensis Alia eccle
sie ruralis et sic de aliis in consimili
racione se habentibus. De his

tū non est possiti huiꝰ. Alia vero ecclia spualis fidelium est vniu̇salis que aliqualiter non est pars adal terani et hec invenitur in triplici dña de qua est pńs speculacio. Quedam enim est vniu̇salis respectu omīū saluatorum et saluandorum que continet oēs et solos saluatos et saluandos et est multitudo omīū predestinatorum et scdm hoc vocatur predestinatorum ecclia. Alia est ecclia est vniu̇salis fidelium racione congregacionis omīū xpianorum que continet in se omēs xpianos .i. fideles bonos et malos et dicitur hec ecclia militans pńtis tempore de qua in Simbolo dr̄ credo sanctam eccliam katholicam. Tercia est ecclia vniu̇salis fidelium racione vniuersalis iurisdictionis, auctoritatis et ecclesiastice ptatis et hec est multitudo fidelium in Concilio generali in spiritu sancto legitime congregato vniuersale eccliam representans, aut dissoluto concilio est ecclia Romana concilium representans cuiꝰ capud est papa, corpus vero Collegium Cardinalium. Et hec triplex ecclia ortum ħt a triplici gra que in genere triplex ē scz gra predestinacionis, gra gratum faciens, et gra gratis data. Prima gra fundat eccliam primā scda scdam et tercia terciam. Auctoritas enim et ptas ecclie vniuersalis nō gra gratum faciens, sz gra gratis data quam malus pt. habere et sic predestinacio et prescientia, bonitas uel malicia nichil faciunt ad ptates spuales, et seculares, nam regnare facit deus ypocritas facit et duces impios. Iob xxxiiij.

et per consequens tales ptates et officia nō sunt gracie gratum facientes sed gracie gratis date. Unde scdm katholicam veritatem fatendum est quod mala vita prelatorum quamdiu ab ecclia tolleratur nō obstat ipsorum administracioni nisi ad detrimentum ipsorum administrantium, quemadmodum cerea fax accensa sibi quidem detrimentum prestat, aliis vero lumen in tenebris administrat, et unde aliis comodum exhibet inde sibi dispendium prebet xv q vlt c vlt

(articulus primus)

Prima ecclia vniuersalis est omnium predestinatorum vniuersitas qui sunt et qui fuerunt a principio mundi et qui modo sunt et qui futuri sunt usque ad finem mundi de qua loquitur b. Aug. sup Iohannem dicens. Que autem peperit Abel Noe et Enoch et Abraham ipsa peperit et Moysen et prophetas tempore posteriores, ante aduentum dñi et que istos ipsa et apostolos et martires et omēs bonos christianos, omēs enim peperit qui diuersis temporibus nati apparuerunt, sed societate vniuseiusdem populi continentur, et eiusdem ciuitatis ciues facti sunt eos huiꝰ peregrinacionis experti sunt et quidam eorum nunc experiuntur et usque in finem ceteri experientur. Ponitur vbi supra xxxij q iiij recurrat. Predestinati xpi fuerunt qui fuerunt ante incarnacionem quasi electi milites qui venturum regem contra dyabolum pugnaturum qui in adiutorium precedebant qui post incarnacionem fuerunt qui milites xpi regis suum precedentem sequentes, habentes sacra signa fidei tamquam arma eius contra eosdem pugnaturi. In quibus enim omnibus eadem una fides scz b. Aug. Sed quia tempora sunt variata ideo verba mutata sunt non fides, diuersis temporibus loquentes, canendi diem dicimus, alter ait futura sit, et hodie dum pńs fit esse et hec enim in pńti abiit verba eorum diuersorum tempore diuersis prolata tempore

et diuersis pro modo loquendi aduen
ta aduersus eundem famine veritatis
sermone secundum ipsum Et ideo qui preibant
et qui sequebantur clamabant osanna
filio david Math xxi nota in prohe
lii decretalium veritas magis clara est
fides in eis qui secuntur xpm quam in eis
qui precesserunt eius aduentum si
nomine quam vetus est clarius testamen
Hanc autem etiam predestinacionem prout
premissum est fundat appriate gra
predestinacionis que est gra dei actiua
increata gratuitans predestinati eo
sit volicio dei eterna qua disposuit
alicui ex pura voluntate et gra absque
precedentibus meritis dare gram finalem
hic in via et beatitudinem in patria
Et secundum hoc Apostolus ad Roma ix dicit de
Jacob et Esau cum nondum nati essent
aut aliquid egissent boni vel mali ut
secundum propositum electio dei maneret non ex op
eribus sed ex vocante dictum est quod maior
seruiet minori sicut scriptum est Jacob di
lexi Esau autem odio habui Et similiter
pro determinacione huius materie sit hec con
clusio prima Gra predestinacio
ex se non attendendo gram formalem que
est gra gratum faciens non facit hominem
moraliter iustum et virtuosum dato
hoc quia illa gra non inest homini
formaliter et per modum forme sed est
gra gratum faciens actiue per modum
agentis eo quod talis gra est ut dictum
est volicio dei eterna qua decidit
et disposuit alicui dare ex pura gra
vitam eternam igitur stabit esse predestina
tum et cum hoc iniustum et viciosum
sicut patet de petro qui negauit xpm
immo infideles sicut patet de paulo
qui fuit Saulus persequens xpm multi
enim sunt predestinati qui adhuc
non sunt conuersi ad fidem secundum dictum Apostoli
ad Roma vel si fuit numerus filiorum
Israel sicut arena maris reliquie

secundum electionem gre dei salue fient
Ex qua conclusione sequitur primo quod
sicut predestinatus nunquam potest abil
la gra excidere sic nunquam potest ab
eadem predestinacione excludi patet quia
illa volicio dei eterna non potest muta
ri unde dicit Apostolus ad Rom viii
Certus sum quod neque mors neque vi
ta neque angeli etc poterunt nos
separare a caritate dei Non a cari
tate que sibi formaliter inexis
tebat cum illam multi electi amis
erunt et possunt amittere sed
a caritate predestinacionis dei actiua
qua ab eterno ordinat aliquibus
dare vitam eternam propter quod
dixit Apostolus a caritate dei que est
in xpo Jhesu domino nostro non que
est in me quia talis gra seu ca
ritas predestinacionis non est
formaliter in predestinato sed in
deo predestinante Sequitur secundo
quod actiua predestinacio nunquam au
geri vel minui potest quo ad suppa
patet quia non possunt esse plures vel
pauciores predestinati quam ab eterno
deo ordinati sunt et electi Ter
tio quod nullus prescitus etiam
in gra secundum presentem iusticiam existens
potest esse membrum ecclesie prede
stinatorum patet quia non potest pre
scitus esse predestinatus et con
sequenter alicuius predestinacio potest
augeri et minui quod est contra
correlarium precedens Tercio 2a 9 2a
Gra predestinacionis ex se sufficit ali
quem denominare filium dei etiam si
non sit in gra gratum faciente De
claratur quia predestinatus per omne
tempus habet illam gram predestinacionis
que est volicionem dei ad dandum sibi
ad dandum sibi vitam eternam que
mutari non potest quia talis volicio
nec incepit nec desinet potest ergo sufficit

denoiare filiu dei Dt enim Aug
sup Joham sive mtus versa
a videantur / sive apte fore
sint / qd carō est / carō est / et sic
quod triticu est / triticu e exp
qui quod filius dei e filius
dei est et quod palea e palea
est Et sic prestiti in gra exu
tes qui videbant et appellaba
tur esse filij dei no erant filij
dei vere de quibus finalit debet
heditas regni celestis Sic ab
oppo^co predestinati extra eccli
am exutes qui esse no videbat
nec ita appellabantur erant veri
filij dei quibus finaliter debet he
ditas regni celorum licet nu pve
allegato e retuerat Ex quibus verbis
b Augni elicitur qz duplices sunt
veri filij dei quidam scdm predestinacoez
qui hebunt finalit perseuerancia
in bono / pter hoc qz eis debetur
finalit hereditas regni celoz Alij sūt
veri filij dei scdm pntem iusticia qui
sunt grati et cari deo tempore quo
sut in gra / quibus protunc debet
vita eterna / sed quia no hebunt
pseuerancia finaliter in bono ideo
finalit & no debetur eis hereditas
regni celestis Et ut de illis care
sit perseuerancia in bono / aliqn no dicunt
veri filij dei cum eis no debeat finalr
hereditas vite eterne scdm predestinate
Ideo dt btus Aug in li de correpcoe
et gra Sunt rursus quida qui filij
dei propter susceptam taliter gram
dur a nobis nec tn sunt filij dei
De quibus ait b Johannes ex nob
exierunt sed non erant ex nobis
subaudi per pseuerancia aut predestia
coem Ideo subdit quia si fuissent ex
nobis permansissent utiqz nobiscum
non quia iusticiam simulauerunt
sed quia in ea non pmanserunt h
Aug et habetur de pen di iiij Si
ex bono Et iuxta hanc distinccoem in
telligende sut scripture de filijs dei veri

et no veris per quod eciam confutant
errores hussitarum scdm Joh hussi in
suo tractatu de ecclia posuit qz presciti
in gra existentes non sunt veri filij
dei quia palea nec umqz membra cor
poris ecclesiastici mistici sed scd apostoli
ta in corpore naturali cum pena
qui error infrarius melius declarab
Cor^m primu Stat predestinatu et
stam talem gram filij dei / et tn pecco
lpe non esse membrum vnum corporis
mistici ecclesiastici / pz qz no pt aliquis
esse membrum vnius corporis ecclesiastici
mistici nisi heat in se vitam spualem
formalem sibi inexistente que redd
ipm gratum et acceptum deo et sic
sm talem vitam vivid spualit sed cu
predestinatus e in eccla predestina
torum et in peccato mortali vel extra ec
clesiam xpm adhuc p fidem no cogno
scens non ht in se talem vitam for
malem cum sit mortuus spualit
qz fides sine operibus mortua e Jaco
ij cao ad primu / et sine fide impossi
bile est placere deo ad hebre xj quo
ad scdm / Sequit qz tlis predestinatus
non est quo ad tunc / membrum corporis
mistici vnius cuius a capite xpo rec
perat influxum vite spualis ad tunc
et sic vivit spualit ad tunc et ex alia
parte est mortuus spualr ad tunc qz cum
no vivet spualr ad tunc quod e con
dicto Et hinc est qz predestinato non
facit aliquem esse membrum vnius corporis
mistici i ecclie / sz oportet ut accedat
gra formalis gte p modu forme inhe
rens / et hominem gratificans / faciens
eu membrum corporis xi vnius predesti
nato enim est dilectio dei increata qua vult
predestinatos regnare beatifice in pria
et illa sicud dari e nuqz intermpitur sz gra
formalis simpntem iusticia in predestinat
depdit et iterum acquirit sicd pz in paulo
mitem qz fuit blasphemus / et in petro qui
negauit xm et in hac gra appriate

funditur ecclesia universalis de qua iam dicendum est.

Articulus secundus

Quia ut premissum est dicitur ecclesia universalis racione congregacionis omnium christianorum continens in se omnes fideles tam bonos quam malos, et hec est multitudo omnium baptisatorum credulitatem fidei habencium et communionem in sacramentis cuius ecclesie confessio in simbolo continetur credo sanctam ecclesiam katholicam et quia sit corpus christi et quibus ea dicetur in articulo sequenti. Tamen aliud inquirendum est de essencia eiusdem ut clarior noticia de ecclesia katholica habeatur. Ecclesia ergo considerative est corpus organicum misticum fide christi animatum. Corpus ponitur loco generis, additur organicum i. habens organa, quia secundum apostolum sicut in uno corpore naturali multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi sumus unum corpus in christo singuli autem alter alterius membra et sicut unum membrorum servit sibi et toti corpori sic in ecclesia militante diversi in diversis statibus et officiis sibi et aliis in ecclesia subministrant. Additur misticum circa primum apostolum. Sicut corpus unum est et multa membra habet, omnia autem membra corporis cum sint multa unum corpus sunt, ita et omnes nos qui in christo baptisati sumus unum corpus ecclesie. prima ad Corinthios xii. Additur fide christi animatum quia sicut anima corpus sic fides animam vivificat dicente scriptura Iustus ex fide vivit. Ex quo sit quod omnes baptisati habentes fidem christi sive informem sive formatam constituunt ecclesiam militantem. Secundum scriptum est ad Ephesios iiii. Unum corpus [illegible] unus spiritus [illegible] unus dominus una fides unum baptisma. Intelligendo insuper quod ecclesia est unum corpus per unum spiritum unum dominum unam fidem et unum baptisma. Item et hic sequitur quod multi heretici

sunt in ecclesia militante vel pars ecclesie militantis, sed sunt in ecclesia malignancium et pars eiusdem, patet ex hoc quia heretici non sunt fide christi animati. Hanc autem ecclesiam fundat appropriate gratia gratum faciens. Quecumque gratia est disposicio in creatura racionali adeo infusa, que per modum forme inexistens racionali creature facit eam gratam deo sive in beatitudine sive ad beatitudinem. Tamen quedam est gratia gratum faciens in esse bonum sed in patria alia ad esse bonum sed in via, quemadmodum iuris canonici dicitur, quedam ius in re, que iam actu aliter habetur, et aliud ad rem nondum habitam. Prima gratia in patria est ipsamet beatitudo formalis que beatum per modum forme est beatificans et totalis consummata creature racionalis deificatio. Secunda gratia in via est beatitudo formalis habita in via non consummata sed inchoata de qua loquitur Salvator dicens Beati pauperes spiritu etc. Et hec gratia in quolibet viatore sive predestinato sive presito et inest dignitatis. Nam licet libertas mentis create sive voluntatis eius libera sit magne dignitatis, tamen gratia habita in via longe excedit libertatem voluntatis et liberam voluntatem quia illa libertas [illegible] habente non sufficit eum liberare a morte eterna et inducere ad vitam eternam sed [illegible] gratia gratum faciens dum in [illegible] creature racionali inexistit liberat a morte eterna et perducit ad vitam eternam, et pro quocumque tempore viatori sive presito sive predestinato inexistit, facit eum probum carum et gratum deo [illegible] et iustum et filium dei et sic membrum corporis mistici. Nam viatorem sive presitum sive predestinatum existens in gratia est membrum unius ecclesie militantis et ex hoc ipsa gratia gratum

faciens · fundat ecclesiam vniuersale
militante sed non ex hoc quod soli in
gratia existentes sunt in ecclesia milita
te cum et mali carentes ista gratia
fide xpi dumtaxat animata sunt eciam
membra · sed arida ecclesie militantis
et peregrine sunt in ecclesia militante
sicud eciam homo habens duas
manus vnam aridam non suscipi-
entem influxum a capite aliam viua
influxus capacem sic habere duas
manus / sic omnis xpianus habens fide
informem est membrum ecclesie mili
tantis non suscipiens influxum vite
a capite xpo hinc est quod beatus Aug
contra donatistas dicit cum manus
est arida verum quidem est membrum quamuis
sine sanguine sit inefficax et mortuum
sit et fides cum sit vera tamen sine opi
bus mortua est et habentur verba
· 19 · q · 1 · sicud virgam · Est enim triplex
vinculum quo aliquis xpo tamquam capi
ti in ecclesia militante colligantur ·
scilicet fides spes et caritas Et si caritas
sed eciam et spes in aliquo membro de
ficiant fide remanente illud membrum
quamuis mortificatum adhuc tamen ecclesie
corpori et capiti per tale fidem
vtcumque est insolite colligatum Si autem
fides in aliquo deficiat vt in heretici
co mox vinculum illius membri ad
corpus ecclesie et caput misticum penitus
tollitur et destruitur · Conclusio ergo
adhuc maneat ponitur ista · Preter
ecclesiam predestinatorum necesse est ponere
ecclesiam vniuersalem militantem ostenditur
sic · prescientes in gratia existentes sunt
membra ecclesie katholice sed non
ecclesie predestinatorum quamuis sanctus non
potest prescitus esse predestinatus et econtrario
non hec prescitus vt esse pars illius
multitudinis predestinatorum cum talis
nec augeri possit nec minui vt sup
dictum est ergo oportet dare aliam
ecclesiam katholicam / cuius prescienti in

gratia existentes sunt membra et hec
est ecclesia militantis sed antequam pro prima
parte probatur sic vita spiritualis est longe
melior quam vita naturalis creature
racionalis cum ipsa sunt sic in existentes
creature racionali reddit ipsam gratam
et acceptam deo et per ipsam deiformis
participatiue cum sit vita spiritualis
et deifica quod substancialis vita creature
racionalis / se sola facere non potest sed quo
vita substancialis creature racionalis
propagata ab deo alio per generacionem
facit illum esse filium naturalem multo magis
vita ista supernaturalis incomparabiliter no
bilior in aliquam deriuata creaturam
racionalem per creatam infusionem ex
infusam creacionem facit illum esse
filium dei et peregrine membra omnes ec
ista membra ecclesie / sed non predestina
torum sed dampnati est / ergo membra ecclesie
militantis Item prescientes fideles ma
le viuentes sunt membra ecclesie sed
non ecclesie predestinatorum ut iam ostensum
est ergo oportet ponere aliam
ecclesiam katholicam et hec vocatur
militans sed autem deducitur sic ecclesia
militans comparatur decem virginibus quinque
fatuis et quinque prudentibus matthei
xxv vbi dicit Gregorius Sancta quippe
ecclesia x virginibus similis esse denunciatur
quia cum in ea mali cum bonis et
electi cum reprobis sunt admixti et
similis virginibus prudentibus et
fatuis perhibetur Item comparatur
sagene misse in mare vbi eciam dicit
idem doctor sanctus in omelia Sancta
ecclesia sagene misse in mare comparatur
quia hec bonos malosque simul quasi
permixtos pisces fidei sagena continet
Sed litus sancte ecclesie i · finis ondidit
sagena quid trahebat Item capitulo
ecclesie dicit beatus Aug de fide ad petrum
c · xliii firmissime tene et nullatenus
dubites archam dei esse ecclesiam et
in ea vsque ad finem seculi / frumento

paleas comminatas continuo et inferi-
orie vero seculi bonos a malis etiam
cum corpore separandos, cum veniet
xpus habens ventilabrum in manu sua
et mundabit aream suam et congregabit
triticum in horreum suum paleas
aut comburet igne inextinguibili
Et idem est Crisostomus super illo, collegerunt
bonos in vasa sua etc. Math. xiii sic
dicens ecclesia media est inter celum quod
est locus tantum bonorum et infernum qui
est locus tantum malorum. ipsa non ecclesia
media est quia indifferenter bonos
et malos colligit quod significatum
est in archa Noe ubi animalia munda
fuerunt cum immundis. Ecce hic ergo expresse
habetur testimonium doctorum quod presens sancta
ecclesia continet bonos et malos usque
in finem seculi, et non continet nisi quasi
partes. ergo mali sunt partes ecclesie et per
consequens membra eius. Ex hac ratione
sequitur primo quod Huss et sui complices
errant ponentes solum omnia ecclesie
membra predestinatorum prout hoc continetur
in tractatu suo de ecclesia patet vitulo
huius capitulo de prescitis bonis et malis
clamans qui sunt in ecclesia non tamen in
ecclesia predestinatorum ut deductum est
Sequitur secundo dictum Huss grauiter
errasse in eo quod dicebat prescitos etiam
pro illo tempore quo sunt in gratia non
esse partes aut membra ecclesie katholice
in quem errorem venit ex hoc quod tantum vult
eam posuit etiam scilicet predestinatorum.
Clarum autem est quod illius ecclesie prescitus
pars esse non potest sed deceptus est falsa
ratione, quia non valet consequentia cum
inmititur non est pars illius ecclesie katholice
ergo etc. arguit enim ab inferiori ad superius
negative. Sequitur tertio dictum Huss
errasse in eo quod dicebat quod si papa est
prescitus, non potest esse caput ecclesie, quod
si non est membrum ecclesie predestinatorum
non intendit concludere quod non est pars
aut membrum ecclesie katholice quod illatio

non valet ut patet ex cum secundum fidem katholicam
doctrinam duplicater homines sunt
in ecclesia dei primo modo vel
secundo modo dicta, quidam enim
sunt non recipientes influxum
a xpo capite Alio modo enim et
merito, enim bonorum spiritualium a
xpo capite fluentium tamquam membra
viua participes et capaces, qui
participationem spectat presta dominus
capite me fac deus omnium tuendi
cum etc. etc. per quam distinctionem a
doctoribus sanctis et approbatis viris
sepe repetitam et sancte scripture
concordantem, et conatus ad vniversa
ex fundatur et confutatur. Residuum
autem est ut et argumentum eius
demum que sibi videtur validissimum
refellatur. Arguit enim Huss hereticus
condempnatus si mali essent
in ecclesia et pars eius iam ecclesia
non non esset sancta et immaculata
non habens maculam aut rugam, contra
illud apostoli ad Ephes. v xpus dile-
xit ecclesiam et seipsum tradidit pro ea
ut eam sanctificaret mundans lauacro
aque in baptismo in verbo vite
ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam
non habentem maculam aut
rugam aut aliquid eiusmodi ut sit
sancta et immaculata. Ad hoc sic
respondetur exemplis primo sicut
corpus naturale animale requirit secundum
ad sui essentiam materiam et formam quod
sunt partes materiales continue variatur
manens idem secundum formam ut dicit
philosophus primo de generatione Sic ecclesia
sancta militans dicit sunt corpus misticum
fide xpi animatum de necessitate
debet habere aliquid pro materia et
aliquid pro forma Sed tamen persone
hominum quasi partes per accidens, et
materiales ecclesie continue fluant et defluant
sibi inuicem succedentes, sicut
quas ecclesia continue variatur, sed tamen
est preter illas partes materiales,

Dare unam formam que eadem numero
semper materiales faciat illud compositum
misticum semper manere unum in numero
Hec autem forma mistica est fides
Ihesu xpi eo quod unica est fides
omnium xpi fidelium preteritorum presentium
et futurorum sicut dictum est supra Exem-
plum ad rem familiare apparet
in flumine Wisla, qui semper idem
in numero hic manet quo ad formam
eciam partes materiales illius fluminis
cottidie varientur sibi invicem succeden-
tes Ita hec forma mistica scilicet
vera fides xpi est sicud quoddam
misticum flumen in quo fluunt et de-
fluunt persone sibi invicem succedentes
sicud partes materiales et per accidens
ecclesie ecclesie katholice semper manente
eadem ecclesia quo ad formam id est veram
fidem Ihesu xpi que forma semper ma-
net et manebit recta sana et sancta
et immaculata quo ad se et in se ita
quod ei nullum falsum subest vel sub-
esse potest aut aliquis error, Et si com-
placeres complures ecclesia quantum
in eis est conentur eandem depravare
et maculare ipsam tamen in se semper sancta
et immaculata manet iuxta verbum
domini Et porte inferi non prevalebunt
adversus eam (Augustinus) sed ecclesia mi-
litantis semper manet eadem quo ad
formam sic semper manet sancta et im-
maculata non habens aliquam maculam
aut rugam Et licet partes materiales
multe habeant maculam et rugam
per diversa peccata mortalia inquinate
nichilominus ecclesia manet sancta Que-
admodum enim in composito naturali racionali
ut in homine culpa homini imputatur
non racione corporis sed racione forme
id est anime Ita in illo corpore mistico cul-
pa macula sive ruga non ex parte
parcium materialium sed ex parte forme de-
beret imputari Alioquin si ecclesia
diceretur sancta racione parcium materialium
profecto nec alia ... predestinatorum
esset sancta cum multi predestinati sunt
in peccatis mortalibus pro tempore sordentes
ymmo et aliqui exciderunt a fide ad tem-
pus et alii ad fidem nondum venerunt
Sic quoque nulla ecclesia esset sancta,
quod est hereticum quia contra com-
munem articulum Simboli apostolorum Credo ec-
clesiam sanctam katholicam Alia que
esse responsio, qua dicitur quod ecclesia sancta
dicitur non propter sanctitatem personarum in ea
existencium sed propter sanctitatem sacramen-
torum que in ipsa conferuntur nec in-
quinari possunt per maliciam ministrorum sed
semper placent deo et prosunt suscipienti-
bus non ponentibus obicem sive per bonos
sive per malos ministros dispensentur sic
dicendo quia sic legimus ex sacerdote pollu-
to nomine auctore non potest quicumque pollu-
tus sacramenta divina polluere que
purgatoria cunctarum contagionum sa-
cramenta sunt, qualiscumque sacerdos sit que sa-
cramenta sit contingere non potest xpus qui vult
et sequitur summe ergo ab omni
sacerdote intrepide xpi misteria quia
omnia in fide xpi purgantur Et propterea
sacramenta nove legis sicut et sacramenta
veteris legis non placent deo ex opere
operato sed tamen ex opere operante et sic non
essent maioris dignitatis et efficacie quam
sacramenta veteris legis quod est error cum
ex se non prestarent graciam quam significant
sed ex ministro conferente et eius bonitate
Respondetur tercio, quod sed sponsa et uxor di-
stinguuntur per spem et rem Quia sponsa
in spe uxor in re et quando quis postulat
re spes transit in rem, et sponsa in uxo-
rem, qualiter ecclesia in patria ante quam attingit
in re est sponsa xpi non habens maculam
aut rugam quo ad formam nunc in spe
Cum autem xpus dominus tradidit regnum
deo patri, tunc erit immaculata et sine
omni ruga in re Et hoc intendit
apostolus dicens mundans eam lavacro
scilicet baptismi in verbo vite id est in forma
verborum baptismi que dant vitam
et per hoc eam sibi desponsavit in

pnti ut ipse exhibet eam sibi sz in futuro
cum contrahet cum ea in re gloriosa
non habentem maculam aut rugam et
hec hactenus

Articulus tercius

Ad reliqua procedendo videndum iam
est de ecclesia vniuersali representatiue q
dicitur concilium generale et ecclesia vniuersal
vocatur primuersalis iurisdictio & auctoritas
et ecclesiastice potestatis ut apparebit ex inse-
quendis Est aut concilium generale
congregatio legitima auctoritate facta ad
aliquem locum ex omni statu ierarchi
co totius ecclesie katholice nulla fideli
persona que audire requirit exclu
sa ad tractandum et ordinandum salubri
ter ea que debitum regimen eiusdem
ecclesie in fide et in moribus respiciunt
prout colligitur ex xvi et xvii di p totum
Generale enim concilium vniuersalem ec
clesiam representans de qua iam dictum
est in articulo precedenti est regula a
spiritu sancto dicta et a xpo tradita ut
quilibet cuiuscumque status etiam si papalis exi
stat eandem audire et sibi obedire teneatur
Alioquin habendus est sicud ethnicus et
publicanus prout hoc colligitur ex in
mutabili lege diuina Math xviii pro
mulgata Et etiam quia in omni materia
fidei et ecclesiastica primitus est recurrendum
cum omni reuerentia ad auctoritatem ecclesie
quasi ad canonem diuinitus inspiratum
amplius quam ad sacram scripturam vel
quamcumque racionem ... Augustinus qui
pro eius reuerendo cia et inobliquabili
auctoritate contra epistolam fundamenti li xi
con faustum dixisse legitur ego enim
euangelio non crederem nisi me auctoritas ecclesie
ut illa dumtaxat commoueret quam tanta
est auctoritas ecclesie ut illa dumtaxat scriptura
sacra habenda est quam ipsa sacram esse
declarauit et ob hoc omnes katholici ho
mines suas iuxto suas declaracionem
ipsius sumittunt et nisi ab ipsa apprehen
katholici esse non possunt quia eius
auctoritas immediate est a spiritu sancto et
ut Simbolum Credo in spiritum sanctum
sanctam ecclesiam katholicam omnes
enim veritates katholice de septem sa
cramentis ecclesie de clauibus officiis
et censuris ecclesie de rebus et
libertatibus ecclesie de moribus vir
tutibus et ceremoniis de venera
cione reliquiarum et ymaginum de
indulgenciis de ordinibus et religi
onibus in ecclesia et de singulis fi
dem et salutem animarum concernentibus
cum omnibus modis conueniendi et
institucionibus auctoritate et firmi
tatis per ecclesiam sub isto articulo
fidei continentur Credo in spiritum sanctum
sanctam ecclesiam katholicam qui dicit
Credo quod omnia facta instituta et
dicta ecclesie sunt immediate et princi
paliter a spiritu sancto velud a cau
sa eam totaliter et singulariter di
rigente et influente et eius recto
ribus velud instrumentis potente
In progressu enim vie ad salutem cuili
viatori pro asseueracione sui ad
herendum est inde clinabili veritati co
quod via ad beatam vitam doctrina q
requirit solidam veritatem et hec est
doctrina vniuersalis ecclesie in creden
dis et in agendis virtuose que
sola in hiis errare non potest sponso
suo xpo sibi hanc firmitatem conce
dente cum dicit et porte inferi
non preualebunt aduersus eam
Math xvi portas inferi inquit
Ierominus reor esse vicia atque peccata quo
ad agenda vel certe hereticorum doctri
nas quo ad credenda Et rectore
ecclesie scilicet spiritu sancto ipsam de omni
veritate que pertinet ad salutem infor
mante iuxta verbum saluatoris Iohannis
xvi Cum aut venerit ille spiritus ve
ritatis docebit vos omnem veritatem
et ita quod soli deo competit natura
videlicet ut errare non possit hoc com
petit soli ecclesie priuilegio quam potest
etiam nemini vnquam tale munus diuina
lege datum esse legitur Profecto
nec angelis nec homini nec summis
pontificibus quod tamen manifestum

non eget deductione Sola ecclia est
que tamquam vnica xpi dni sponsa
sine macula et ruga, errore non
novit Ex quo sequitur quod in omni
materia fidei et sibi annexis te-
nendum et credendum est a quolibet
viatore katholico, quicquid tenet et cre-
dit vniuersalis ecclia katholica
Ex hoc consequenter sumuntur duo ar-
gumenta insuperabilia, quibus qui-
cumque resistit hereticus est censen-
dus et si pertinaciter ut talis est puni-
endus, primum, hoc tenet et credit vni-
uersalis ecclia, ergo a quolibet viatore
katholico est tenendum et credendum
Secundum, hoc reprobat et condempnat
vniuersalis ecclia, ergo a quolibet viato-
re katholico non est tenendum aut
credendum, plus enim hec argumen-
ta concludunt quam auctoritas sacre scrip-
ture uel racio qualiscumque, cum ecclia
ut dictum est sit regula indeclinabilis
et canon diuinitus inspiratus in hijs
que sit fidei etc ut est premissum,
que, quia propter multitudinem fide-
lium qui sunt membra ipsius impossibile
est ipsam in vnum locum ad excercendum
iurisdictionem suam conuenire, ideo ceter
quo ad omnem ipsius iurisdictionem
auctem et ecclesiasticam potestatem per
concilium generale legittime congregatum
representatur prout infra deducetur
Et ideo quicquid de ecclia vniuersali
dicitur de concilio eciam idem senciendum
Sed nunc ut ex ordine, que adhuc
dicta sunt digerantur considerandum
et veraciter confitendum est quod ecclia
vniuersalis predicta quam Concilium
generale legittime congregatum representat
habet potestatem suam immediate a xpo
et primus ad ostensionem huius ad
plenum sufficiat decretum Concilij Con-
stanciensis cuius sunt hec verba, hec
sancta Sinodus Constanciensis ge-
nerale Concilium faciens et vniuersa-
lem ecclesiam representans declarat quod
ipsa potestatem habet immediate a xpo

dicat enim beatus Ieronimus contra luciferianos
poteram hoc omne solo sine tractu
disputacionum riuulos excitare notans
per omnium solem auctem ecclie in con-
cilio generali representante Non erit tamen
superfluum probacionem ad rem hanc ad-
ducere ex scripturis diuinis et auctoritatibus
sanctorum doctorum Et primo ad fundandum
hoc occurrit illud verbum saluatoris
Math xvj Tibi dabo claues reg-
ni celorum et quodcumque ligaueris super
terram erit ligatum et in celis etc
hec siquidem verba prout sancti docto-
res exponunt sunt pocius promissio
quam concessionis Cum ea dicat dabo
et cum illi consequitur hec potestas promissa
cui fuit concessa, unicuique autem repitur
quod per hec verba xpus soli petro hanc
potestatem concesserat sed magis ipsi eccle-
sie illo, Math xviij quecumque alliga-
ueritis super terram erunt ligata et
in celis et quecumque solueritis super terram erunt
soluta et in celis ergo sequitur quod potestas cla-
uium non ad solam personam petri et
suos successores sed principaliter ad
ecclesiam pertinet, cui per eadem verba
loquitur concessa quod liquet ex serie
textus Ewangelij Constat enim quod xpus
omnes discipulos simul, non autem solum
petrum interrogauit, et petrus qui omnium
causam exprimens intencionem respondit
xpus quoque sic responsionem accepit
quod manifeste lucas testatur in c
ix sic referens dixit autem illis vos
autem quem me esse dicitis respondens
Simon petrus dixit xpum filium dei etc.
ille increpans illos precepit ne cui di-
cerent Ex quibus manifeste patet quod
responsio petri erat responsio omnium a-
postolorum, quam dicit lucas precepit ne
cui dicerent Cum ergo secundum tibaldum et
alios doctores propter initium confessionis
fidei sit datum verbum potestatis confessio
autem fuerat non solum petri sed omnium aposto-
lorum, sequitur quod auctoritas potestatis ad omnes

aplos et eorum successores dr ptine
Et ad robur huius intelligentie facilit
auctes sctorum doctorum dicta verba exp
potestatem a Christo ex certa parte conclusionis. Et potuit facere huiusmodi electionem, quamvis electio Romani pontificis communiter videatur ad cetum cardinalium, patet hoc per decretum concilii Basiliensis apostolice decretatum. In primo enim concilii Basiliensis decretatum est, quod si durante concilio Basiliensi contingeret sedem apostolicam vacare, quod electio Romani pontificis non in alio loco fieri debet nisi in concilio generali, quod decretum ipse Eugenius per suam adhesionem approbavit expresse, sicut et alia omnia decreta facta et fienda. Ex quo ergo sedes vacat per depositionem patet huiusmodi electionem fieri canonice ac iuste premissa citacione tamen tam cardinales et alios sua interesse putantes. Sed videtur huic obstare c. Licet de vitanda de elect., ubi dicitur quod ecclesia Romana superior est aliis, quia ibi ad superiorem non patet recursus haberi, quod loquitur de difficultatibus emergentibus circa electionem summi pontificis. Si ergo non potest ad superiorem recursus haberi, ergo nec ad concilium, et per consequens non patet electio fieri in ipso concilio. Sed non obstat, loquitur enim ibi Alexander tertius habendo respectum ad tempus in quo vacante ecclesia Romana concilium generale non erat congregatum, nec sperabatur congregari; alias in concilio congregato posset adeo haberi recursus, scilicet difficultatibus emergentibus circa electionem Romani pontificis, arg. c. Si duo lxxix di. cum ibi notatis in glossa et per Jo. An. in c. i de renunciatione li. vi in novella. Si enim non posset, iniuste intromisisset se concilium Constantiense de depositione Johannis vicesimitertii et electione Martini pape quinti, qui a toto orbe pro summo pontifice tenetur et habitus est, nec usque nunc per quempiam contrarium dictum seu scriptum est. Constat igitur quod ipsa electio facta a concilio Basiliensi de domino Felice fuit et est canonica atque iusta, in secunda parte conclusionis vera. Sed pro tertia parte conclusionis quod ipsi domino Felici ab omnibus Christifidelibus sit parenda obediencia sub periculo salutis eterne, probatio ex precedentibus notissima est. Si enim electio eius est canonica ex secunda parte huius conclusionis, igitur pro summo pontifice est habendus, et per consequens obediencia ab omnibus Christifidelibus est parenda, pro quo possent adduci multi canones, et patet hoc expresse per extravagantem Bonifacii Unam sanctam que

expresse determinat quod subesse romano pontifici omni
humane creature est omnino de necessitate salutis
Et patet per id Ro. xiii Omnis anima potestatibus
sublimioribus subdita sit, non enim est potestas nisi
a deo Que autem sunt a deo ordinata sunt
Itaque qui potestati resistit dei ordinacioni re
sistit, qui autem resistunt sibi ipsis dampnacionem
acquirunt Et patet per id Deut. xvii dicentem
Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio
, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, et decreto
iudicis moriatur homo ille, facit ad idem
quod dicit maximus in epistola directa orientalibus
quem allegat b. thomas in tractatu contra errores grecorum
cuius quidem epistole verba sunt ita Coadunata
et fundata super petram confessionis pe
tri dicimus universas ecclesias secundum diffinitionem
salvatoris in qua necessario salutis animarum
nostrarum est manere, et ei obedire, sua servan
tes fidem et confessionem Si itaque ecclesie
universali obediendum est ut deductum est iuxta pre
missa et suo pontifici ab ea electo, cum ecclesia
universalis non videatur errare posse in electione romani
pontificis, ex quo habetur non esse de pertinentibus
ad salutem licet in hoc casu adherenda est
aliqua neutralitas ut scilicet nec electo nec
deposito prestetur obediencia Approbacio huius patet
ex probacione premissorum conclusionum Si enim
tantum domino soli obediendum est, et non alteri
sub periculo salutis eterne, non potest ibi esse
aliqua neutralitas, esse enim in neutralitate
, aut est esse in ecclesia aut extra ecclesiam, tum non detur
medium, Si secundum dampnabile est secundum b. Augustinum
in li. de fide ad petrum Extra ecclesiam enim nemo
salvatur ut in c. firmiter de summa trinitate
et fide catholica Et secundum b. Ieronimum quicunque
ab unitate fidei et societate ecclesie se separa
verit, nec pater filii nec celum ingredi potest
ut supra allegatum est Si primum scilicet in ecclesia sit
est subesse summo pontifici vel ergo unum tantum
vel plures, Non secundum quia plures sit esse non
possunt, quod probacione non eget, ergo sequitur quod unum
tantum Et si unum vel ergo ab ecclesia reprobato
vel ab ecclesia universali electo Si primum hoc est
contra universalem ecclesiam, et subtrahere se ab
obediencia illius quod est dampnabile ex iuxta pre
missis enim ecclesia reprobat per reprobato haben
dum est ut dicunt et c. omnis sic per ea non fuisset
acceptum papa non deberet ut supra allegatum
est Si non ab ecclesia electo et hoc est subesse
non summo pontifici, et per consequens non esse in
neutralitate, quia non potest quis simul esse fidelis

de neutralitate



et infidelis, cum fides sit virtus que consistit in
indivisibili, nec sufficit credere unum articulum
nisi credantur omnes, cum fides in se comprehendit
credulitatem omnium articulorum ut dicit b. thomas
2a 2e q. v. articulo iii, quod qui discredit
unum articulum fidei non habet habitum fidei
formate neque informis Et paulo infra
ponit dicit manifestum est quod ille qui inheret
doctrine ecclesie tamquam infallibili regule
omnibus assentit que ecclesia docet Alioquin
si de hiis que ecclesia docet, que vult tenet
et que vult non tenet, non inheret ecclesie
doctrine, sicut infallibili regule, sed proprie voluntati
hec b. thomas Constat autem quod non inherere
doctrine ecclesie dampnabile est Ex quo patet
iste casus de quo sermo est contingit fide
per articulum quo credit ecclesiam esse solam
ergo in hoc casu non potest quis esse neutralis
sine peccato infidelitatis, et sine periculo mortalis
salutis eterne Sicut enim peccatum mortale
contrariatur caritati Ita etiam secundum b. thomam ubi supra
discredere unum articulum contrariatur fidei
, sed caritas non remanet in homine post commissum
peccatum mortale, ergo neque fides post quam discre
dit unius articulus fidei Et tamen in hoc
casu primo infamiam et dampnabile sequi
nocere et tumultum populi, sic ergo quando mittet
cum non est commissa defensio fidei, qui
audire tenetur et obsequi non docere, docendus
quippe est populus non sequendus lxiii di. docendus
vero in hoc casu prelati ecclesiarum referre se debent
ad summum pontificem tamen, dicit enim a quo
ibidem videatur illi qui dissidet de sua sen
tencia quem mittit in unum sequentem illum quem
sequendus erit Res enim hec fidei est cuius potestas
defensio pertinet non ad solum summum pontificem
sed et ad omnes prelatos qui succedunt in
locum apostolorum ut et paulus non restitisset
petro in faciem qui fuit eo superior in ad
ministratione nisi fuisset ei par in fidei de
fensione, ut dicit b. thomas 2a 2e q. xxxiii
articulo iiii Ad secundum autem licet in casu hoc valeat tempus
est dilatio ad adherendum unum pro tempore rationabilis
nabilis donec enim expectatur ulterior veritatis
proposita, aut clarior informacio de veritate ex
in huiusmodi dubia sit exorta, sed utrique re
vocatum est unde enim si post hinc dubitationis
tamen unitate videtur, illa in veritate non permanet ecclesia
quia fides semper iuncta manebit, sed ecclesia
cum unum credatur sub pluribus et tribulacionibus esset
non unitur sed unitur, eidem adherendi esset
absit Crisostomus enim dicit tribulacionibus

miraculis et assertoribus apostolorum, quod fidem eorum
tenebant exorbitancie adherendum esse, et si
homines videbantur, licet non vincebat, sed tamen
veritatis efficacia victores, plus quam cruci
dantes affligebantur quam trucidati, quibus
fuit una mens ut eos nec violencia frangeret
nec ira subverteret, nec adversitatibus absque
timore mortis cohiberet ut dicit beatus Ciprianus
in epistola de laude martirii. Unde si princeps aut
populus aliquis terre a fidei veritate et doctrina
discedere vellet, vel actu discederet, sequendus
esset, absit. Si autem in hac re dilacio eligitur
ut habeatur clarior informacio, ridone est hoc
se unde esse dubium in fide, dubius autem
in fide hereticus est, verum eciam patitur exceptionem
clarior certior et verior informacio quam
ab ecclesia habita, cum sancti doctores sua dicta
submittebant, tamquam regule infallibili, que
tamen non potest ex proxima parte. Si alibi re
cepta fuit suspecta erit. Moneta namque
recepta non de publica officina suspecta est nec
de bono metallo et iusto pondere presumitur
fabricata. Sic suspecta erit doctrina quam excipere
tamen sub neutralitate stare volentes. Sicut enim
recipiunt non de publica officina ubi ecclesie
Romane moneta de fide suspecta offendat
est de publica officina ut probatur Rome. Si do
ctores katholici in materia fidei sibi quibus
contradicunt, ad ecclesiam esset hec dicta re
...tunc determinacionem standum esset esse
ne alicui in casu nostra sicut et in aliis aliqui
plus credendum quam Christo filio dei dicenti Petro
Si non audierit dic ecclesie tamquam ethnicum
Supremo ubi est doctrina publica ecclesia libus
est sancta enim nec nisi hoste Christi contradicere
potest. Non est ergo neutralizandum in hac re, cum
sit res fidei. Hoc est enim claudicare ad utram
que partem more prophetarum Baal quibus dicentibus
per Heliam prophetam iii Regum xviii usque
quo claudicatis in duas partes. Si deus est deus
sequimini eum, si autem Baal sequimini illum. Sed
quod illis claudicantibus accidit scriptura ibidem
testatur, quia interfecti in torrente Cyson. Et
quod illis in corporibus accidit formidandum
ne id eveniat neutralizantibus in animabus
eorum, et presertim quorum cura animarum est commissa.
Hoc est enim esse neque calidum neque frigidum
Apocalypsis iii. Utinam esses calidus aut frigi
dus, sed quia tepidus es, et nec frigidus nec
calidus incipiam te evomere ex ore meo.
Non recta quippe est media neutralitatis

viam amplectencium et dicencium cum pars
alia adheserit illam sequemur. Si de recte
sapientibus intelligeretur, recte dicentes esse, verum hec
locucio sufficeret ad professionem fidei. Sane
autem dicentes beatus Gregorius in omelia dicit Impleri
vero xpiana sunt nonnulli qui Christum ideo confi
tentur, quia cunctos xpianos esse conspiciunt.
Nam si nomen Christi in tanta gloria habere non
esset, tot professores Christi eciam non haberet.
Non ergo ad probacionem fidei vox sufficit, quam
defendit aucturitas professio generalis. Hec
abicienda est ergo hec opinio de hac ipsa
neutralitate propter hec que dicta ab omnibus
qui videri et esse cupiunt fidei christiane
cultores. Vitam quam optat pervenire beatam
eternam nobis prestet deus per secula benedictus.

Et hec pro optime sententia et professio nostra
quam ex divinis et canonicis colle
gimus scripturis, et qua in hac universitate
pro fidei sancte custodia positi, et regie ma
iestatis stipendiis foti, sub umbra protec
cionis sue quiescentes, tuciores quam zelum
religionis habent, quibuscumque salus cor
di est, et potissimum hunc inclitum regno
amplectendam tenendam et profitendam persua
demus et predicamus, ne quod creator omnium
et redemptor avertat deus ut verba in ex
ordio dicta recensuimus, ab unitate sancte matris
ecclesie per concilium generale predem unitatis re
pudiante obervantes, aliter quam diximus de
ipsa sentiendo ad devia et falsa prolabi vi
deamur. Cum hec est sola et vera nostra
nostra per quam regnamur ad unitatem extra quam
salus esse non potest. Et ab hoc si quis eam
deseruerit, si quis eam docentem tamquam nostram
magistram non audierit, ut ad falsa corruat
falsa senciat et loquatur, necesse est propheta testa
te: Erraverunt ab utero locuti sunt falsa. Cum
obrem cum hec nostra talis sit, ut nulla racione
taceri debeat aut possit, nos ea talia ut
premissimus profitentes oramus quam altissimum
et spem nostram, ut tueri ecclesiasticos prelatos et fi
dei columpne quibus est commissa fidei
defensio tanto fervenciore spiritu, et propria
anima eandem prosequatur, quanto maiori sunt
scilicet quod commissos cura invaluerint periculo, si
iam requisita obmutescerent, aut quibuscumque
suspensionibus ulterioribus indulgerent et ne
sensum ipsorum inviti videamur, hec scripta nostra
ecclesie cuius necesse est, et demum apostolico iudicio
submittimus

i quo viget dñi et hūanam iuris pticia cor
rigenda limanda et emendanda summittimꝰ
pati i hijs que magis oculate degesta fo
rent sentire credere et tenere, sicut sancta
credit et tenet vrbis eccl(es)ia, in qua error fo
esse non potest Amen

Oracō in presencia pape
Cor(am) Concilio Basilien(si)
facta per magistrum Helgot Johannem
Juris canonici doctorem
Anno dn̄i mccccxxxx secundo

Splendor maiestatis tue pater beatissime
ego fateor stupore vires et sensus
meos obstringit vt ad modum verear
ne ex me quem nec natura nec ars
ad dicendum satis erudivit pro iussu
Reuerendi patris dom(ini) Cracouien(sis) ep(iscop)i
coram tua beatissima maiestate lo
cuturo, aliquid aut ineptum, aut
minus tua sanctitate dignum intel
ligeretur. Nempe quis tuam admi
randam auctoritatem considerans, penes
quem omnis summi dei potestas in terris
sita est, non possit, non vehementer
commoueri, quis coram te diuino
oraculo positus non elinguis fiat
cuius te prudencia, religione, for
titudine, iusticia, clemencia, animi
magnitudine, omnique heroica vir
tute ornatissimum, non abstupescat
quis denique sacratissime maiestatis
tue, summam dignitatem et excel
lenciam, etiamque si omnes artus eius
vertantur in linguas, toto que elo
quencie flumine exuberet, poterit
erit digne attollere, cui deus ipse
sacram religionem, fidem populi que
sui, et tam stupenda vocatione
commendauit, haut dubium, pro a
nimi robore, paciencia constancia
et longanimitate, contra tempus
acerbitati tempestatique ac tanto

petri nauicule fluctibus accomodatissimo
Equidem in omni genere primum aliquid quod
est illius generis principium reperire
contingit a quo totum originaliter fluit
sic vnitas in arismetrica punctus in
Geometria, tonus in musica, et multa
alia in hunc modum. Et in eccl(es)ia sancta
que virgo sine ruga et macula et com
sponsa xpi est, tu monarcha et con
principium katholica summa predicatio
a quo spirituales influencie et ca
rismatum dona, in corpus eccl(es)ie fon
tana emanatione diffunduntur, ve
quemadmodum deus pater, quem quia
pura diuinitatis sue essencia totius
entis perfectione, habunde vniuersa
omnium entium esse per prius et perfectius
in se complectitur, primum ens ipsum
dixerunt, per eadem excellencie influit
in xpm hominem, ita et a xpo deso
in xpm hominem, ita et a xpo desce
dit in eius vicarium, et ab illo in sin
gula corpis sui mistici membra a
deo enim vberrim prophetico testimonio
vnguentum effusum esse super caput Aa
ron sum(m)i sacerdotis legimus, et non
modo in barbam, sed et in oram descen
dit vestimenti eius Tu ergo sacer
dos magnus, tu pontifex sum(m)us, tu
princeps episcoporum, tu heres apostolorum, tu
primatu Abel, gubernatu Noe, pa
triarchatu Abraham, ordine mel
chysedech, dignitate Aaron, auctoritate
Moyses, iudicatu Samuel, potestate
petrus, et quod omnes excellit heres
tu vnctione xpus, ita ut quibuslibet
alijs in partem sollicitudinis vocatis
in te solum totam se infundit plenitudo
vnctionis, dignitatis excellencie et
potestatis, a tuo effectu est, ut si difficile
et ambiguum iudicium aliquod emerserit
inter sanguinem et sanguinem, cau
sam et causam lepram et lepram

et iudicium inter portas parum fuerit
ad te recurrendi, et omnem, qui tue
maiestatis imperio obedire detracta
uerit, morte feriendi vox censet di
uina. Quamobrem te pater beatissi
me suscipere debitum est, te venera
ri et percolere christiana religio est
tibi substernere, et sacris iussionibus
tuis continue obsecundare lex est
et omnium fidelium salutis norma. Sic di
vinus. quia sic credimus, quod si in hac ipsa
professione nostra error subest, nonne
ut verbo utar Richardi de Trinitate
cum omni confidencia, deo dicere possemus
a te deus in decepti sumus, quoniam ista
in nobis tantis signis et prodigiis con
firmata sunt, et talibus, que non nisi
per te fieri possunt, certe a summe sancti
tatis viris nobis tradita, et cum summa ac
autentica attestacione probata, tempo
re cooperante, et sermonem ipsorum confirma
nte, sequentibus signis etc. ut multa
paucis perstringam, quoniam ut brevis
sim michi precipitur. Res hec de qua
in sermo est, tam clara veritatis lu
ce micat, ut si quis abiecto, prava
to affectu, animum scripturis sacris acco
modante auditu, facile contuebitur
nichil in ea dubii, nichil opinionis
nichil tenebrarum admixtum esse
profecto si non ad confitendum sed ad per
suadendum in medium etc loca essent, persua
sum videtur. Ut si quispiam de re
hac ambigendum, aliter re senciendum
putauit, perfacile sibi concludi posse.
Ut etiam si mundus a deo creatus sit, si
deinde filius dei incarnatus, et pro
humani generis salute passus sit, me
rito dubitari habebit. Si enim de
cisione et decretis huius sacri Concilii
resistitur, quid iam certi in scripturis
divinis relinquetur, que fidem suam

non nisi ex auctoritate ecclesie et Conciliorum
generalium acceperunt. Cum ergo et tam solida
veritate subnixus premissa ille reverendus
pater dominus Sbigneus Cracoviensis ecclesie
presul insignis, per me licet indignum
dignitatis sue oratorem, et nuncium
te pater beatissime fidei nostre parentem
unum christi vicarium, et solum in illa sede, quem
deus in persona beati petri sibi specialiter
delegit, sedentem, dicat, sentit, tenet et
predicat, et ut vero et unico summo pon
tifici obedienciam supplex profitetur

Quantum autem attinet ad illam tue
sanctitatis humanissimam dignacionem
qua personam ipsius in Cardinalatus
amplissimam dignitatem euehere et
eiusmodi graciam et sublimacionem, api
cibus apostolicis, tua beatitudo sibi digna
ta est significare, quod hactenus responsa
non dederit, non profecto unquam aliquem
euentum prestolatus, aut suspicatus, ut est
simpliciter enim et firmiter credit et confitetur
quod prophanus et alienus sit omnis qui
tecum agnum non comedit, et quod qui tecum
non colligit spargit. Sed eo solo respon
sa distulit, omnemque conatum suum ad hoc
quesiuit, ut speratus ex tali vocacione
sua, in ecclesia dei excresceret fructus, unde
actum est ut temptaret multa obstinacie
singula, que pro qualitate temporis huius ad
rem spectare merito videbatur, constitua
porro tum operacio arguat fortasse quantum
ea studii et opere pro bono regendo reli
gionis ecclesie universalis, et huius Sacrosancta
Synodi ipse impenderit, tue etiam sancti
tatis apocrisarii testes esse possunt qui
novissime ad inclitum regnum polo
nie missi et sibi commissa eaque
strenue fideliter et argute mihi pro
secuti fuerint, quam solertes in consilio
quam vigilans in studio, et quam efficax
pro honore tue sanctitatis extiterit

in opere et verbo. Certe ab initio temporis quo malum hoc quod deplangimus in ecclesia dei cepit erumpere, ita vigilavit quod obediencia et devotatis huius sacri concilii sano semper intellectu, sana et integra fide recognita est et viguit et viget in hac ipsius quam facit professione quod veniat occulatus auditor intelligat velim. Cuius si adhuc sinceritatis sue argumentum propinquius exigit, innotuit reor iam orbi omni quo quam constanter capellum sibi a Bab ele olim Eugenio papa delatum cardinalatus sepe in temporibus crebro ut susciperet pulsatus, non modo non recepit, sed nec tenui quidem ictu oculi videre voluit. Taceo autem quam devotus quantumque gratus fuerit deum hec ipsa dignitas sibi a tua maiestate o pater sancte deferretur, quoniam invalide sunt omnes vires mee, defecta verba mea, hebes ingenium meum ad tante devotionis et gratitudinis exprimendum affectum. Hoc autem reseratis illis que ad presens dicturus sum in despine residuum est ut pro quod tremende maiestati tue cui non nisi iuste sancte et religiose semper et ab omnibus obeditur ita complacuit visum quod est pro bene gerendis ecclesie negociis suum et accommodum, ipse etiam et si pro modulo virium suarum tante dignitatis fasce suo se non tam levari quam opprimi autumat arbitrio, sacius quod sibi indicet, sub ancaryis parve navicule doli teste totum se iussioni tue sanctitatis veluti divine voci pya et non distinente obediencia immolat et stat tua ita se nunc consenciens gratissimum habens acceptat. Et ad oscula beatorum pedum tue sanctissime maiestatis se prosternit, vel ubi autem tua beatitudo ipsum cardinalatus insignibus decorandum dignum censuerit, orat ipse suspiriis ad deum ingemitibus suspiriis, ea se indui virtute ex alto, qua in tanta vocatione et digne ambulare, et generosum se precipue ac talem filium et servum tue sanctitatis se possit exhibere, pro honore primum dei, deinde sanctitatis tue, pro quoque tuenda et confirmanda ecclesie romane salus, et sacrorum conciliorum auctoritate hoc potissimum tempore, quo divino sinente iudicio hereses emerserunt ad hoc utique ut probati manifesti fierent. Amen.

Coram domino papa in secreto oratio facta etc.

Beatissime pater et domine metuendissime. Reverendus pater dominus Cracoviensis episcopus honorem hunc, quo nullum maiorem, et regno Polonie, et persone sue deferri potuit, sibi a sanctitate vestra datum attenciusque recogitans, cum non possit quas debet, eas saltem quas potest, sanctitati vestre per me licet indignum nuncium suum agit gratias, et tanto visceralius, quanto sine suis meritis et tam singularissima gratia se cognoscit recepisse. Et cum nichil sibi suppeditet, quo pro tante liberalitatis munere, digne respondere possit, illa saltem minuta duo que habet, corpus videlicet et vitam pro statu et honore sanctitatis vestre suppliciter offert et impendit. Deinde humillime precatur haberi excusatum, quod ad conspectum vestre personaliter ad presens non accesserit pro eo quod qualitas temporis huius, et status ipsa negociorum regni Polonie abscessum suum nulla racione admittebant. Serenissimus enim princeps dominus Rex ad presens in regno Hungarie

maneat Regni illius negocia et civili
tates et ea que ad pacem ipsius et defe
sionem contra Teutonicos faciunt agens
Unde fit ut totum fere pondus et dispo
sicio rerum et negociorum in Regno polonie
occurrencium, quod humeris suis et aliorum
prelatorum, et Regni maiorum pendeat. Ce
terum quia sanctitas vestra pater beatissime ipsum eo hon
ore promoverimus litteris suis sibi iniungere
dignata est, et in promovendis ecclesie romane
universalis negociis, et presertim pro confunda
cione et Satrorum Conciliorum auctoritate de
fendam operam, et ut decet katholicum
pontificem facere arbitratur ipse quod omnis
labor, omnis conatus suus et diligencia
si quando saltem ad rem hanc fecisse vi
deatur, satis iam innotuerit sanctitati
vestre. Et quemadmodum ab initio temporis
quo malum hoc in ecclesia dei cepit erumpe
re vigilavit, quod obediencia et auctoritas
sacri Basiliensis Concilii, omni que de
cretorum et actuum eius sano semper intellectu
et fide in diocesi sua recognita est, et
vigint pari diligencia, pari studio et
solercia, quoad vixerit duce deo semper
pro honore sanctitatis vestre facturus est. Ubi quod no
verit beatitudo vestra, quod dono dei res
hec ad hoc in Regno polonie iam
ascendit, ut cassi merito, devicto credit
ubi omnes conatus adversarii sanctitatis
vestre. Commisit autem michi idem dominus meus
coram sanctitate vestra aliqua perorare, que
super gratiosa ipsius ad Cardinalatus dig
nitatem vocatione ruscionem in se gemit
quod aut faciam ubi et quando beatitudo vestra
iusserit, et audienciam dignabitur mi
dare etc.

Coram dominis Cardinalibus
et eorum quolibet sigillatim
oratio per eundem facta

Reverendissime pater et domine graciosissime
dominus Cracoviensis dux meus graciosis
simus post humilimam sui recommendacionem
et oblacionem ad quevis precepta, non quas

quas debet, sed quas potest, per me, et si indi
gnum nuncium suum per vestram paternitatem reverendissime, agit gratias
pro tanta in eum benivolencia et huma
nissima dignacione. Certissimus enim ipse
cognovit indiciis quod honor iste, quo nullus
maior Regno polonie et persone sue de
ferri potuit factus sit per sanctissimum
dominum nostrum gratia favore voluntate, et consilio
paternitatis vestre reverendissime cooperantibus, ut
cum nichil apud se reperiat, quo tante
dignacionis beneficium digne posset re
pendi, merito se recognoscat paternitati
vestre Reverendissime, cunctis diebus quibus hec
vita sibi comes fuerit amplius obligatum.
Et hinc eciam effectum est, ut quamvis rem
hanc pluribus in se agens diebus trepidasset
plurimum, tante dignitati humeros suos
submittere. Ad ultimum tamen quod ex eo solo ausu
sumpsit, et presertim, quia intelliget tan
tam in se paternitatis vestre colendissime be
nivolenciam, graciam et favorem magna
gna sibi spe et fiducia, persuadens et
promittens, quod non deficiet paternitatis vestre
reverendissime direccione et perpetuo supporta
tus. Sic quod tremebundus, tandem consensit
totis mentis sue orans affectibus, quatenus
per vestram reverendissimam paternitatem directione
et supportatione, sibi non desit, ut sic per vestram
adiutus singulariter, in tanta sit possit
dignitate ambulare, quod ex hac ipsa sui
vocatione, honor primum deo, deinde sanctis
simo domino nostro fiet, et speratis ecclesia
dei promoveret fructus. Sunt preterea et
alia michi commissa, que ne onerosus
paternitati vestre reverendissime essem, in aliud referenda tempus, ad
presens reservo. Hoc tamen unum addidisse
pro iussu domini mei ad presens sufficiat
ut paternitas vestra reverendissima sibi semper pro votis quibus
libet precipiat, statuimus quod et omnibus
bonis suis utatur et in eis faciat
ut libet. Amen

Sermo per eundem factus
in die Epiphanie in Con
cilio papa presente

Coactus ego et iussus verbum declamatio
nis, coram te sacrosancta Synodo dicere
q̄tus et tempori congruum, et sermonem meo
divini eloquii iaciam fundamentum, Allo
quor te verbo quod scribitur ysa. lx ca. et
decantatur in hodierne solempnitatis
officio Illuminare Ierusalem, quo enim de te et
ad te testanti loqui procedo, quam ut tu
lumen tuum sedentibus in tenebris, et um
bra mortis annuncies, quia venit lu
men tuum, et gloria domini super te orta est, et
ambulabunt gentes in lumine tuo. ubi
thema, verum quia cogitanti michi,
qualis sim, occurrit, undique pauperte
cus et miserabilis Apocalypsis iii°. Nudus
acumine ingenii ad intelligendum, prepa
rationis expers ad inveniendum, cecus
ignorancie nebula ad detegendum, et mise
rabilis lingwe medicamina ad laxandum
pressum coram gigantibus, et tante
perspicacitatis viris, super quos humeros
deus posuit orbem. Non video ergo, quod
[illegible] de lumine, et de tali lumine di
gne eciam balbutire possim, nisi divino
lumine fultus. Teste beato Augustino libro
de baptismo parvulorum. Sicut corporalis ocu
lus non nisi lucis presidio videt, ita mens
suis tardis oculis ad veritatem [illegible] attol
litur, nisi divini luminis radio fulciatur.
Nullus ergo ut est apud grecos in vita
Minerva philosophorum habitur, nullus absque deo
potencias loquetur diu, nullus eo renite(n)
te obtinebit. Ut enim deducit abbas Ioa
chim in li. de viris in Theographia
omnibus una tagmata, et si cum institu
tione magisterii ut lectionis et audito
rium in vestigatione rationis acqui
ratur, hoc tamen totum sit revelatione ma
gistra, quin nec lectio, nec investigatio
quemquam ad perfectum adducat, nisi presideat
interius, qui docet hominem scientiam. Et
quia ita est non est dictum de legentibus
audientibus et investigantibus ipsi lege
runt audierunt et investigaverunt
Sed dictum est deus enim revelavit illis
Ad Ro. p° Exuadere ut lumen divinum

mentibus nostris irradiet, et de occultis suis
aliquid revelet matrem veri luminis pri
mum ut assolet devote salutem dicendo
illud angelicum Ave gratia plena etc.
Illuminare Ierusalem etc. Beatissime pater
et reverendissimi orbis cardinales
reges, principes et domini dignitate, statu, ordine
et scientia preclarissimi. Inter medios veri
solis radios orientis ex alto tenebre
scentem mundum consideranti, quid ali
ud mente tractandum, nisi dolendum oc
currit, et eo amplius quo impiorum fremi
tus et obcecatio gemino se extendit ac
ut non se prebeat locus ubi dolor simila
non subesset. Sed nempe prospiciam
ad orientem unde fons luminis et
ecce oriens a cuncta minatus, et ut dicit
beatus Ieronimus ad damasum papam, inter
se populos furore collisus indiscissam
domini tunicam, et de super contextam
minutatim per frusta decerpit, ponunt
verba proximi q. l. quoniam vero. Si vero ad au
strum mentis obtutum spargimus, et ecce
auster gravius et magnos, et quis susti
nebit illum. Si ad aquilonem, et inde tenebras
inde refrigerii, ubi princeps tenebrarum alassi
sedem sibi ponere, et esse similis altissi
mo voluit. Et si ad occidentem, unde
nebulam, qua tota cingitur et tegitur
undique pestes, undique hostes, undique
pericula in multis locis strages, in omnibus
pene insidie, et multiplicia lamenta.
Sed transeuntes illis que forinsecus sunt
videbit fortasse magis internas et
domesticas contueri, et electum dei populum
inspicere. Et ecce mater nostra sancta ecclesia
katholica universalis confecta [illegible] corpo
afflicta, oppressa, sic peccatis [illegible]
sita est, tabui et ruine, quibus eam vul
turas probas non sit [illegible] et filii et fide
les eius filiales dilectionis obliti, rupto
quod fidei federe insurrexerunt impie contra
matrem, et nonmodo in eam hostilis
verum eciam, quod acerbiore pungit aculeo
domestico mucro desevit. Clamat
ergo pro pabulis, orat lacrimis, fletu

pulsat, si forte sit qui eius compungatur in
iuriis. Si quis contractam in rugas compassionis
veste, cuius velit detergere lacrimas. Si
appareat qui consoletur eam ex omnibus
caris eius. Sed obsurduit ad hec peccatis suis
tuli, omnes amici eius spreverunt eam
et qui ipsam defendendi susceperunt offi
cium, facti videntur inimici, secundum prophete vati
cinium Threnorum primo. Et cur ista pepigerunt
fedus cum morte, induxerunt bellum gratie
ne, et convenientibus corporis oculis ad iubar
veri solis posuerunt lucem tenebras, et
tenebras lucem, Ysaie quinto. Tu ergo filia
sacrosancta Synode vera civitas virginis
summi, interea donec transeat iniquitas,
Illuminare. Illuminare inquam, non que in illa
materiali et tenebris confusione squalida
[illegible] lumen recipias, sed ut [illegible]
bus caritate compulsa, lumen quod in
te est infundas, ut quemadmodum ad illam
nubila obsitam propheta verbo Illuminare pas
sive dicat, ita eversione mutato verbi
significato illuminationis tue salutaris actio
in verbo illuminare denotetur. Non enim
es tu sicut una de stultis mulieribus
huius seculi, sed illam germanam et sapie
ntissimam, in omni virtute, in omni veritate et
sapientia, ab omnipotenti deo plenissime
imbutam, sectam videlicet catholicam katholi
cam, que sola propter demum ille quidem via
ipsa privilegio errare nescit, auctore di
gnitate sanctitate et veritatis tentione
et possessione vadit viventibus, et ceteris
Illuminare. Illuminare siquidem et consolare
in hiis tribulationibus et pressuris tuis cum his
quoniam ab initio ortus tui examinata
es, eo amplius profecisti, sed nunc con
tingunt castus moribus tuis, in hiis pro
cellosis turbinibus, soporato cum deo tuo
cum meticulosis discipulis conturpare
Domine salva nos perimus, sicut nunc decet
te audire quod illis dictum est, timidi cum
modice fidei, que robore fidei tue con
[illegible] differre, et propitiare valeas Christi
expectata ergo modicum ibi, modicum
ibi, Ysaie xxviii, et confidenter age, quia
non repellit deus plebem suam, et necesse
est ut scandala eveniat et hereses ut probati

manifesti fiant, quaobrem Illuminare. Illumina
re profecto cunctos debes, quos spiritu sancto
fecundata, tam pridem in utero tuo forma
tos in lucem fidei edidisti, ne ab utero
tuo aberrantes Christum dominum alio sursum quam
in domo tua cum magis perquirerent, tu
enim sola natum recens regem celi et terre
dominum et sponsum tuum Christum Ihesum intra tuis
complexum manibus tenes, innixa super
delectum tuum. Tu sola cum tribus innume
ris, auro thure et mirra adorandum
cunctis regibus et gentibus exhibere potes. Tu
sola es in cuius dumtaxat domo ipse inve
niri potest, possent preter consequenti hec que
dico etiam astrorum scientiis et gentilium libris
non parvo adiuncto fulcire, nacta inde
occasione, quod stella duce magos orientales
deum verum in carne natum in Bethleem
repperisse audimus. Herode enim querente
de ubi Christus nasceretur, sacerdotes et scribe
viderunt de prophetico eloquio, hoc stella
indicabat de celo, et quem pastoribus an
geli nuntiaverunt, hunc longinque ori
entalium gentium nationes insolito no
vi sideris splendore didicerunt. Sed absur
dum videretur, eiusmodi peregrinis asser
tionibus fidei sancte veritatem adiuvare, cum
et Rachel nostra pulchra propria virtute et
decore ad plenum nitet, omni scripturarum
virtuosis auctoritatem. Satis ergo erit ad rem
hanc Christi domini in scripturis sacris scrutari
verba et opera, qui teste beato Mathei hodi
erne lectionis evangelio intrantibus in
domum regibus, se exhibuit inveniendum, sed
in quam domum? In domum matris sancte ecclesie
in domum tuam Synode sancta summi
[illegible] et katholicum [illegible] sensu, et
precepta rem hanc verbo contestans, nos
[illegible] esse volens docebat
dicens: Videte ne quis vos seducat,
multi enim venient in nomine meo dicentes
quia ego sum, nolite post illos ire, Luce
xxi. Et si quis vobis dixerit ecce hic aut
illic est Christus, nolite credere. Mathei [illegible]
In sola ergo domo tua Synode sancta queren
dus est Christus, in sola domo tua ado
randus est deus. In sola domo tua cre
dendus est Christi vicarius. Sicut enim extra
te non est veritas non est salus, sic extra
Christus qui vita est et tantas veritas

nunc inveniem̃ / sima est b. greg. in mora
et habetur xxviii q. 1 · quia ecc. subnectit
In petra ap̃ostolus ponitur ut inde dei fidei
em contemplet. quia nisi quis fidei soliditatem teneat dinaz predicaz no agnoscit
de qua soliditate dns dicit / sup hanc petram
edificabo ecc̃am meam. Sola ergo syno
de sancta est ea per quam dns sacrifici
um accepit libenter / sola pro errantibus
intercedat fiducialiter unde etiam de agni
hostia dns precepit dicens In una domo
comedetur, nec deferetis de carnibus eius
foras, quia in una katholica ecc̃a vera
redemptoris hostia ymolatur, de cuius
carnibus diuina lex efferri prohibet, quod dani
ficum carnibus vetat. De qua etiam dicit b. ieron.
puto me no temere dicere, alios ita esse
in domo dei ut et ipsi sint eadem domus
dei que dicitur edificari sup firmaz petram
que unica columba appellatur, que
sponsa pulcra sine ruga et macula
et ortus conclusus, fons signatus et pu
teus aque viue, et paradisus cum po
morum fructibus, que etiam domus claues
a xp̃o accepit, et potestatem ligandi atque
soluendi, quam si corripientem contempsit
tamquam ethnicus et publicanus pace vitatus
est habendus habentur uba xxiiii q. 1
omnibus. Quod ergo adeo veritate subni
xum sit ut nec angelo quidem celo de
scendenti, et aliter docenti credendum sit
iuxta sntiaz appli. Curandum est magnope
et tota vigilancia contendendum syno
de sancta, ut suo studio suo lumine
qui non sapiunt sapiant, et qui sapiunt
non dissipiant desipiant, et si desi
puerint resipiscant, proinde, opor
tet te dare operam, quanti potes, ut incre
duli conuertantur ad fidem, peruersi ordinentur
ad rectitudinem, et subuersores muniti ra
tionibus et scripturis prosternantur et emende
tur ipsi si fieri potest vel si non, perdant sal
tem facultatem alios subuertendi, quod
dum efficeris, tuas partes compleuisti per
quas et in hoc mouemur supi illuminare
verbis que sunt uba thematis assumpti

Diuisio thematis

Et quia lucis nomine status cleri et prela
torum in scripturis recte designatur, iuxta
illud vos estis lux mundi dicitur quod
quemadmodum in natura luminis reperitur

fortitas in factura creaturarum, maioritas
in mensura prelati, formositas in essentia
pulcritudinis, et plenitudo in sparsura claritatis
est enim lumen corpus spirituale, pretiosissimum
quo nichil nobilius, nichil pulcrius nichil
velocius, nichil virtuosius, sicut
prout deducit augustinus super gen. ita
ipsi pastores et prelati, quos xp̃us dns
verus sol, lux lucis, et fons luminis
firmamento celi hoc est in ierarchia
ecclie militantis luminaria instituit, in
star luminis quadruplici dignitate pre
rogatiua ecclesiasticam illuminent ie
rarchiam. Pro quo reflexo ad ipsos
stilo in hiis verbis, intimans mediantibus
quales eos esse velit hec sancta synodus
qui illuminandi, proponendi ceteris gregibus prepositi
sunt, quo breuius eo accuratius co
niciamus. Tria enim in ipsis magnope
obseruanda in verbis predictis videntur
designari primum quid, ut sint ad cure
officium spalr vocati, ut sint exem
plaris moribus redimiti, tertium ut sint
pro tempore diuinorum contemplacione suspensi.
Si primum notatur in verbo impatiuo illumi
ne quantum ab imperante emanans co
gnoscatur, secundum in eodem verbo illuminare clarius
insinuatur ab imperato suscepto explicatur
tertium in verbo celum compressum cernitur
quod patet visio recte interpretatur
gitur itaque in verbis thematis ostendi
auctoritas, qua debent, qui digne presse
gestiunt comperare, exemplaris prelatis
qua debent radiare, et contemplatio
suauitas, cui cum se rebus dederit sacra
gant inhiare. Apostolus primum manifestum
sinuns dicebat hec sunt precepta, que ma
dauit deus ut docerem vos deutro
vi. apostolus secundum dicit math. v. luceat lux vestra
coram hominibus. Et apostolus tertium antepont
eius legislatoris exemplum, qui nunc ascen
debat in montem ut ibi gloriam diuinam
mirari cerneret libertate, nunc vero
descendebat in castra, ut cum pluralitate
necessitatibus populi prouideret. Ezechiel xxxiii
Ieremiaea nisi vere pueri
Et hec tria pertinere prout quis ex
postulat repetendo primum ut hic
absoluitur qua meminat vox appli

vt nullus sibi honorem assumat nisi vo
catus a domino tanquam aaron ad hebre v
sicut locus regiminis desiderantibus ne
gandus est, ita fugientibus est offerendus
viii q i in scriptis Non sit ex ratione
pastor alicuius per tyrannidem violent
intrusus, non per symoniacam pra
vitatem fraudulenter summissus, non
eciam per inordinatam cupiditatem iactat
impressus, sed per dei voluntatem positus
et vocatus, tales enim veritatis parte intr
ant per hostium, huic hostiarius aperit
et oves sequuntur, et nosscunt et audiunt vo
cem eius Joh x. qualis enim iste huius
infausti temporis furor, aliorum ex a
vilitate simoniace et avelli nolunt ac
cupare loca et dei timore expulso
spretisque sacrorum canonum penis et
censuris in communi sancti penn sedes
sibi non per hostium sed aliunde cum furibus
et latronibus ascendit, de quibus in illa
querela invectus est enim ipsi regnaverunt et
non ex me, principes extiterunt et non
cognovi Osee viii. Et Jerem. Non mitte
bam eos, et ipsi currebant, non loquebar
ad eos et ipsi prophetabant Jere xxiii
Que verba tractans b. Bernardus de con
templacione ait Ubi vero tanta
vesania presumptionis humane audaci
ne quis tremendum tangere, reguli non pape
ente aut prohibente eo, occupare
ministra precipere beneficia negotia di
spensare, et subdit, nec deum putes
que in magna domo sua, a vasis ire
operis in initium sustinet, approbare, per
que verba innotescit, magno tales tu
eri spectaculo, et eos cum furibus, et la
tronibus si non emendaverint ca sunt
incendio, qui in eiusmodi reperiunt
delicto Sed missis nunc aliis propero ad
secundum, ubi dixi prelatis et pastoribus
summopere observandum, ut sint vita et
moribus adornati ut instar lucis
sint veritate conspicui, caritate fer
vidi, et largitate proflui. Lux enim
ut habetur Job xxxviii. fit generatur
splendorem calorem et vigorem, quo
pacto habeat sacerdos splendorem in intellectu
calorem in affectu, et vigorem in effectu ut
sit cum Johanne sancto lucerna lucens et ardens,
lucens in cognitione, ardens in devotione,
Et hinc est illud preceptum domini Sint lumbi
vestri precincti et lucerne ardentes ut scilicet
mundicia castitatis sit in corpore, et lumine virtutis
in operatione longum enim iter est per verba
compendiosum et breve per exempla et
vulgo dicitur, plus homines oculis quam auri
bus credunt hinc et preceptum domini non so
lum lucidum illuminans oculos legitur, sed et
ignitum eloquium eius vehementer in eum
utique finem, ut filius dei diligens illud
non solum illuminet ad intelligendum, sed etiam
inflammet, et accendat ad amandum
et confirmet ad perseverandum hinc etiam vet
secundum beatum Jeronimum, quod sacerdotes modo dicuntur
sal terre, modo lux mundi, vasa aurea, modo
argentea, lux propter candorem puritatis
et innocentie Sal propter saporem intelle
ctive aurei propter fulgorem rutilantis
sapientie, argentei propter leporem clan
gentis eloquentie Sed in re hac proh
et dolor, dolendum hoc et toto lacrimarum
fonte deplangendum, nimis se offert ob
tutibus, quod multos prelatos qui lucis
ac salis argenti simul et auri officia
et nomina noscuntur obtinere, quibus tamen tante
dignitatis merita non respondent, et
ideo eversa nomine dicuntur lumine obtene
bratum, ysaie v Sal infatuatum aut
v. aurum obscuratum Treno iiii. Ar
gentum reprobatum Jere vi qui lucem
quidem et lucis opera profitentur, sed tene
bras amant et sectantur tot homici
dys rei, et mortibus digni, quot et
quantis fuere occasio cadendi Quod
deplangens b. Bernardus in Appologetico
sic quod lux mundi obtenebrata est, quod
sal terre infatuatum est, quorum enim vi
ta nobis via vite esse debuit, suum
exemplum nobis in suis actibus ostendit
nunc, certa facta sunt, et duces errorum
Et Ambrosius in suo pastorali Si lux
est sacerdos ut predicationis sue rutila
ti eloquio cunctorum latebras illuminet

cur ipse palpabilibus tenebris tenetur astrictus
Et subnectit Si salis meruisti possidere
saporem et insipientiam possis caua co
dire, cur infatuatus tali aut tali vicio
invidiis te poterius prodibus consultacionis
perbuisti oculorum eciam officium in ectalie cor
pore voluntarius appetisti et reliquum
per te corpus ductatum lucis haberet, cur mit
quadam lippitudine, et viciorum tetra
caligine obumbratus, nec teipsum luci
ydoneum prebes, et aliis adimis lucem.
Et hinc venit ut tenebre operiant
terram, et caligo populos ysaie lx Et ut hec
novissima finem habeant familiari
quam claudantur exemplo intueamur le
vitici generis sacerdotum, a quo omnes
qui maculam habebant corporis re
pellebantur, quod hoc enim quisque faciale co
mitere patitur, quanta mentis et corporis
puritate pollere debeat sacerdos evan
gelicus ad sacrosanctam hostiam ymolanda
Si sacerdos legalis solo vicio corporis
maculatus prohibetur, mundamini ergo
qui fertis vasa domini Et hec de secundo
Adicitur tercio et extremo prelatis et pasto
ribus accuratius observandum ut sint
pro tempore diviniorum contemplatione su
spensi Quid enim in hac vita ardua
lotiidius, quid divinius, quid salubrius
quam ab hiis fugacibus et angustis rebus
ad illos stabiles et amplissimos rerum
eternarum sinus, mentis elevatione at
tolli ubi felices illi spiritus, ille beatorum
omnium anime, vna et magna deitatis luce
circumvolute, divino illo miro et superba
li inherent cibo, quid eciam tam magni
ficum quid tam speciosissimum sicuti a sole
dictum dyonisie in modum, et ibi co
discere misticam theologiam, sic quod lo
qui cum deo sine libris et sillabis, et eru
dire secretis mysteriis, et transcendi
omnibus creaturis, vacari ab actibus
virium apprehensivarum in desiderio vi
dendi, et tenendi deum Sed nec de
cet pastores more pecorum sensibus
mouberi corporis herere infimis, inhi
are terrenis, sed pecudum contentum statu
et homines, mentem celum suspicere.

que sursum sunt querere et sapere, non que
super terram Nam ut dicit Gilbertus in prima
parte sui erudimenti omnis perfectus iste
principaliter conatus est, hec precipua tocius cura
desistimato ut deo et divinis rebus, quantum
imbecillitas admittit humana semper inhereant
et quicquid ab hac eos divertit, iudicatur
ab ipsis infimum noxium et amarum
Et in hunc morem dicebat Martha domino
quod sollicita fuit, et turbaretur erga plurima
cum vnum esset necessarium significando
per id quod summum bonum non in activa vita
quamvis sit fructifera, et multa laude
et premio digna, sed in sola contemplacione
que vere simplex est et vna consistit
Et ideirco adiungit, optimam partem elegit
Maria, non activam vitam pro parte, sed con
templativam potiorem primamque, con
cludens que non auferetur ab ea, quia
in illa celesti et beata vita, non merito
active, sed actio est cessativa. Eadere
quemadmodum iaculatores et balistarii tela
tractantes signum faciunt, quod telis iaci
endo ferire contendunt, et quanto plus
a signo deviant se magis extractos a
sentiunt, pari habitudine, et nos a omnibus
actionibus nostris, signum summus sumus in
ingi studio contemplemur, et certo
directionis lineam in hiis omnibus teneamus
Urgentes quod excellenciam festivitatis hodier
ne, agnoscamus in magis adoratoribus
christi constationis nostre fidei quod primicias
et exultantibus animis beate spei
initia gratulabundi celebremus deo
inde enim in eternam hereditatem commigra
torie, exinde nobis christum loquentia
scripturarum archana patuerunt, et veri
tas quam Judeorum obcecatio non recepit
omnibus nationibus lumen suum invexit
Honoretur itaque a nobis sacratissimus
dies in quo salutis nostre apparuit, et
quem magi infantem venerati sunt
in cunabulis, nos omnipotentem adoremus
in celis Et sicuti illi de thesauris
suis misticas domino munerum species ob
tulerunt, ita et nos de cordibus nostris que
deo sunt digna promamus ut si dona
ipsius non irrita fecimus per ea que de
dit mereamur accipere que promisit
Comitamur lumine ipsius illustrati

velucis filii sic ambulare quo tandem
ad vere lucis vitam possimus perve
nire Ipso eodem largiente qui vivit
et regnat Amen Deo gracias

Posicio magistri Benedicti

Utrum Sacrosancte Basiliensi
Synodo et Sanctissimo domino nostro
domino Felici pape quinto ab eadem rite
electo et instituto a quolibet salvari
volenti obediendum sit necessario Et
arguitur ad partes. Quod sic quia questio sit falsa quod
sacrosancto Concilio Basiliensi
et Sanctissimo pape Felici non est obedien
dum cuilibet salvari volenti igitur questio falsa
Antecedens patet quia vel in omnibus vel in aliquibus
et in aliquibus non, non primum quia si sacrum
Concilium et Sanctissimus papa Felix prae
ciperent aliquod malum simpliciter ut furari
adulterari, nullus tenetur obedire patet
per beatum Bernhardum qui scribens ad Adam
monachum sic dicit Non est obediendum ali
cui in malo Et concludit sic Igitur facere
malum quolibet etiam iubente constat non
est obediendum sed potius inobediendum
Non secundum patet sic Nam si sacrum Concilium
vel Felix papa preciperet baroni vel layco
alicui ut ipsa non possideat vel
coniugium non contrahat, illi non tenentur
obedire, patet sic quia illa precepta in
cludunt respectu illorum specifica quantum ma
la Igitur illi non tenentur obedire Minor
quia precipit ut illi abrenunciarent
per effectum omnibus, et sic sic vencz
specificum mali simpliciter, quia forte
illi timent et tribulationes vehemen
tem quia non posse in illa paupertate
perdurare, sed volentes eos spoliare
aut furari, quia paupertas opprimit, vel
etiam impacientes esse apud deum Et
sic sunt mala propter quod sapiens
dicit Melius est mori quam indigere etiam
proximo suo erit pauper odiosus, fratres

pauperis oderunt eum, insuper et amici a re
cesserunt ab eo, Similiter de precepto non
contrahendi Nam illud preceptum est supra
preceptum et Concilium consilium Christi
cum dicat Christus Qui potest capere ca
piat Et 1 ad Cor 7o dicit
Apostolus preceptum de virginibus non habeo
consilium autem do tamquam misericordiam adeptus
a domino ut sim fidelis hoc autem consilium
exprimit cum dicit Dico autem non nuptis
et viduis bonum est illis si sic perma
neant, melius est enim nubere quam uri Igitur
in illis que sunt media quia nec bona
nec mala sacro Concilio et pape non
tenetur aliquis obedire Igitur questio falsa
Contra questio sit vera quo ad sacrum Conci
lium patet per decretum Concilii Constan
ciensis in hec verba Hec sancta Syno
dus Constanciensis generale concilium fa
ciens, ordinat diffinit et statuit decer
nit et declarat Et primo quod ipsa in
spiritu sancto legitime congregata generale con
cilium faciens katholicam militantem
representans ecclesiam, potestatem immediate
a Christo, cui quilibet cuiuscumque status aut
dignitatis etiam si papalis existat obedi
re tenetur in hiis que pertinent ad fi
dem et exstirpationem scismatis et ad genera
lem observationem reformationem ecclesie dei et membrorum
eius Et ad papam Felicem patet decretales
extravagantes Bonifacii que dicit, sub
esse romano pontifici omnem humane
nature est de necessitate salutis Igitur questio vera
Nota Synodus secundum Ysidorum in ethimologiis c. xxvii
quod Synodus ex greco interpretatur, cetus con
venticulum comitatum congregacionum presentem seniorum
vel presbiterorum Et est triplex species syno
dorum in ecclesia dei scilicet una episcopalis, quam
tenet episcopus cum suis curatis clericis atque re
ligiosis Alia provincialis quam primas
vel metropolitanus cum suis episcopis clericis
et religiosis celebrat Tercia est universalis
seu generalis quam papa aut Concilium
generale congregatum statuit Et dicitur ce

no

triplex synodus

societas multorum fidelium in unum compositum
et propter unam communem intentionem congre-
gatorum. Hec autem synodus dicitur generalis re-
spectu regnorum et nationum quia de omnibus
nationibus debent ad ipsam venire et in ea
esse aliqui vel alii representative seu ap-
probative alii interpretative. Etiam vocatur
generalis respectu causarum quia omnes causas
in ea que admittuntur ad quecumque probanda et
iusticiam consequendam, vel pro dandis a-
nisamictis ad agenda in concilio. Etiam
dicitur generalis ad differentiam provincialium episcopalium
in quibus non agitur nisi de negociis unius
provincie vel diocesis. In hac autem dene-
gato omnium regnorum provinciarum et dyo-
cesium. Hec synodus generalis dicitur alio nomine
concilium generale. Ut tamen ysidorus quod hic non
concilium tractum est ex more romano
tempore in quo cause agebantur conveniebant
omnes in unum, communi quidem intentione tractabant
unde concilium a communi intentione tractatum
dictum est quasi consilium vel considium d
mutata in l. Vel concilium dictum est ex
communi intentione eo quod in unum dirigant
mentis intuitum. Et ut ysidorus dicit enim
oculi consuevit in lumine per superalia et pre-
servatur a quacumque corruptione. Sic ecclesia sa-
cra generalia concilia conservat dei ecclesiam
et christianitatem in lege christiana in vita sancta
in veritate in caritate et iusticia. Ecclesiam
servat plenam ecclesiam et christicolas et
viros ecclesiasticos a quacumque heresi scisma-
te et guerra discordia symonia
malicia et deviatione. Cuius enim ratione
apostolus nobis fidelibus clamans nonne
potius sitis boni emulatores legis christiane
et boni zelatores fidei christiane sumus.
Hec etiam synodus generalis dicitur sancta propter
assistentiam et presentiam spiritus sancti. Fides
enim katholica hec est ut credamus in genera-
libus conciliis, propter quod sunt congregata
spiritum sanctum adesse et in ipso spiritu sancto gu-
bernari et gemmari(?) et regi et firma-
ri et omnia statuta et canones in
eis facta et decreta a spiritu sancto

esse inspirata et eis ut certe(?) fides adhi-
benda. Refert enim ysidorus in libro conciliorum
quod celestinus papa in epistola transmissa
ad synodum ephesinam dicit spiritus sancti te-
statur presentiam congregatio sacerdotum
unde et apostolis congregatis in unum et
eodem loco spiritus sanctus descendit super eos
in linguis igneis. Actuum ii°. Ysidorus
ysidorus in eodem libro in gestis tertie synodi
Collectam inquit fuisse valde necessarium
perspexi unam in unam convenire multi-
tudinem. Unus sine dubio fidem ubi
fuerint duo vel tres collecti in nomine meo
ibi et ego ero in medio eorum. Credebam(?)
hec sancte trinitatis divinitatem suum sacra-
tum conciliis interesse, et ita tamen cum assistendi(?)
dei in medio eorum fidem meam perculi(?)
Et ad hoc significandum scilicet cunctis constare(?)
sit in conciliis, et quecumque ibi decreta
et statuta tota esse a spiritu sancto. Christus
dixit math. x° Non enim vos estis qui loqui-
mini, sed spiritus sanctus qui loquitur in vobis. Et b.
petrus ii petrus post dixit spiritu sancto inspi-
rati locuti sunt sancti dei homines et quod apostoli
et seniores congregati concluserunt super
hiis que fidei erant et morum, dixerunt
actuum xv. Visum est spiritui sancto et nobis
sic agendum, et in omnibus synodalibus
aliquid tractetur semper missa de spiritu sancto
solemniter cantatur propter assistentiam spiritus sancti
Ideo actuum xx dicitur prelatis in conciliis
existentibus attendite vobis et universo
gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos
regere ecclesiam dei quam acquisivit sanguine
suo. Ex quibus auctoritatibus insinuatur
quod prelatis in concilio congregatis spiritus
sanctus adest, propter assistentiam vocatur
sancta, et non solum hec synodus generalis
dicitur sancta, sed etiam sacrosancta ad differentiam
aliarum synodorum scilicet provincialium et
episcopalium, que etiam dicuntur sancte. Et hec
solam attinet hoc nomen sacrosancta
et hoc propter duo primo propter capitum(?)
neciam. Nam in hac synodo generali

et in nulla christus dicitur caput eius, quod
sic patet. Nam christus dicitur esse caput ecclesie vniversalis
iuxta illud ad Ephesios primo: ipsum dedit ca-
put super omnem ecclesiam que est corpus
ipsius et plenitudo eius, qui omnia
in omnibus adimplevit. Et etiam sicut
caput influat omnibus membris sensum
et motum, sic christus in omnia membra ecclesie
sensum et motum gracie iustificantis et in
bonum promouentis influit, in quibus
omnibus et singulis per fidem inhabi-
tat, et per caritatem coniungitur. Unde ad
primum dicit apostolus habitare christum
per fidem in cordibus vestris. De secundo
in Johannis iiii: qui manet in caritate
in deo manet, et deus manet in eo.
Si igitur christus caput est ecclesie, igitur eadem
synodi generalis synoda quia synodus
generalis vniversalem ecclesiam representat ut patet
per decretum Concilii Constanciensis
frequens quod allegatum est ad partem
oppositam. Et probatur patet per illud Actuum xv:
Tunc placuit senioribus et apostolis
cum omni ecclesia. Et si alii inveniuntur
quod papa sit caput ecclesie seu concilii
igitur est intelligendum quod est principalis supremus
pastor ecclesie vel quod est caput
politicum civile et ministeriale respectu
ecclesiarum particularium, sed non est caput
vniversalis ecclesie misticum reale et effectiva-
le. Secundo dicitur sacrosancta synodus
propter plenitudinem potestatis quam accepit
immediate a christo. Non sic autem alie
synodi quia non habent plenitudinem
potestatis, nec immediate habent a christo sed a
conciliis aut a summis pontificibus.
Quod autem plenitudo potestatis in conciliis immediate
sit a christo patet per illud Matthei xvi:
Tibi dabo claves regni celorum et
quodcumque ligaveris super terram erit ligatum
etc. Hec verba dicta sunt beato petro
in persona ecclesie. Nam non solus pe-
trus interrogabatur de fide sed omnes
apostoli. Quem dicunt homines esse
filium dei. Et postea subdit: Vos autem
quem me esse dicitis. Respondens petrus pro
omnibus: Tu es christus filius dei vivi. Hic
aperte conspicitur quod petrus nomine ecclesie cla-
ves regni celorum accepit. Unde Augustinus super Johannem:
petrus qui maior inter apostolos existebat
ecclesiam vniversalem, ut ecclesie tamen ecclesie in persona
petri dedit dominus Jhesus potestatem ligandi et
solvendi. Unde dicit sic: quodcumque ligaveris
super terram erit ligatum et in celis etc. Si hoc
tantum petro dictum est non utique hoc facit
ecclesia, sed ecclesia hoc facit quia absolvit et
sacramenta confert ac si nullus papa in mundo
esset. Concludit igitur beatus Augustinus: sic igitur pe-
trus quando claves accepit ecclesiam sanctam signi-
ficavit et per consequens plenitudo potestatis data
conciliis est immediate a christo qui dicitur
sanctus sanctorum. Et propter hoc dicitur sacrosancta
synodus etc. Secundo non hoc nomen
papa non exprimitur in sacra scriptura, sed est
sumptum ab admiratione pape que sit admi-
rationis. Unde eis proprie convenit qui in potestate
et auctoritate in conversacione et sanctitate sunt ad-
mirabiles vel qui in auctoritate et potestate
sola sunt mirabiles. Ratione primi solus
christus est summus papa possibilis, et
post eum principes sui vicarii sanctus petrus
et quidam sui successores qui in tali auctoritate
et potestate admirabili extiterunt vita sancta
et moribus claruerunt. Ratione secundi summi
pontifices, et si mali in vita ut fures
et latrones, tamen ratione auctoritatis et potestatis
vniversalis vicarie vere dicuntur pape, quia papa est
nomen officii primum et non nomen vite. Unde
dicere quod illis proprie convenit hoc nomen et
non aliis qui in conversatione et sanctitate sunt
mirabiles est error Iohannis Hus qui in plu-
ribus punctis sui tractatus hoc etiam hic affir-
mat et scribit, quia si sic, sequitur quod
beata virgo maria Vincentius in hoc mundo fuisset
papa, Silvester, beatus Stanislaus et omnes alii sancti
quia in conversatione et sanctitate fuerunt admira-
biles. Sed quis hoc audet dicere nisi infa-
tuatus aut hereticus etc. Tercio non obstat
quod papa dicitur sanctissimus, non ratione vite et

dr sanctissimus et persone quia sic si esset
sanctissimus in vita et persona non indigeret oracio
ne, sed eciam maiore magis sexta feria et ma
gno sabbatho orat pro eo nominant eum
beatissimum et sanctissimum, sed quia racione per
sone potest peccare et negligens esse in officio sacro
eciam orat pro eo et nominat eum beatissimum
non racione vite seu persone, sed racione officii
Et propterea dicitur per beatum Gregorium dicentem ad lu
ciferianum ubi sic scribit Sicut christus est
qui baptisat ita ipse est qui sanctificat unde
oro te ut aut sanctificandi ei licenciam tri
buas cuius baptisma probas, aut reprobes
eius baptisma, quem non putas esse sacer
dotem, neque enim fieri potest ut qui in baptismo
sanctus est sit ad altare peccator Et loquitur
de peccatore sacerdote tamen katholico et non here
tico, notandum autem est quod talis sacerdos malus
non est sanctus ex parte vite nec baptizando
nec consecrando, sed ex parte officii Igitur stat
sanctitas officii cum malicia vite, et per
consequens potestas eciam sacerdotalis in malo
sacerdote est sancta Et cum illa potestas
in papa sit capitalis fontalis et suprema
sic terram Igitur racione officii est sanctissimus.
Item circa nonandum ad vitam et legitimam
pape electionem requiruntur due cause ipam
legittimantes Una passiva ex parte [illegible]
electi scilicet ut sit capax electionis Et sic
non est electio vita et legitima cum persona
electa est inabilis ut de Agnete Ma
guntina que cum suo amasio Atheniis
in habitu virili adducta, et Johannes An
glicus nominata que in diversis scienciis profecit
quod Rome veniens magnos magistros
habens auditores trivium legit Deinde
in papam electa per suum amasium impre
gnatur, et cum lateranensem ecclesiam, ab
ecclesia petri pergeret angustiata pari
endi doloribus inter Colliseum et sanctum
Clementem peperit, et postmodum ibi fuit
mortua et sepulta Cathologo papas
non ascripta, licet illa sedem papalem oc
cupaverat duobus annis et quinque me

sibus, in quo tamen fuit papa Cum apostolus
dicat mulieres taceant in ecclesia ut habetur con
venio Secunda activa ex parte eligen
cium ut habeant auctoritatem eligendi
Pro quo notandum quod licet ex scripturis sacris
legatur quod christus constituit unum apostolicum
generalem vicarium ecclesie sue in terris scilicet
beatum petrum, et voluit ei succedere cum
legitima potestate, alios usque ad consumacionem
seculi, tamen quia christus non tradidit de
terminatum modum constituendi successores
beati petri, sed commisit hec ordinacioni
ecclesie, et dispositioni Ideo non uno modo
semper papa est et fuit institutus quia
primo per christum cum dixit Tu vocaberis
cephas quod sit idem quod caput Johannis primo
Secundo aliquo tempore precedens papa constituit
sibi successorem Tercio quem omnes sacerdotes
et episcopi elegerunt in generalem episcopum sibi
sic erat papa Deinde eciam kathedralis
constructa qui a canonicis kathedralis
Rome ecclesie electus fuit papa, Deinde per
aliquod tempus imperator quacumque occasione
accepta constituit papam Sexto de volun
tate fuit in quodam Concilio potestas ele
ccionis in Cardinales ut in Roma sub
eo presidente Nicolao tercio papa hec
omnia patent in cronicis historiis et
gestis summorum pontificum et in pastorali
et ita regulariter ex ordinacione ecclesie
Romane facta electio pape pertinet ad Car
dinales nisi tunc in illa electione defi
cerent aliquomodo ita quod non possent eli
gere vel nollent, vel omnes mortui es
sent, vel potestate eis tradita male ab
uterentur, vel abusi essent, tunc electio
ipsius ad universitatem episcoporum et archiepiscoporum
sicut ad originem redire debet, et ad eos
in defectu Cardinalium pertinet dispo
sicione de papa equaliter forte fuit tempore scis
matis urbani sexti et Clementis, et
qualiter eciam nunc fit Nam post deposicionem
Eugenii Cardinales sufficienter vocati
et citati ut venirent ad sacrum Concilium
iuxta decretum sessionis quarte Concilii

De Agnete que papatum occupavit

Basilien pro electione summi pontificis
qui nolentes venire nec eligere dictum aliud
papam sacrum Concilium vitantes veleg
ecclesiam videns quod ecclesia non esset acepha
la elegit pro summo pontifice felicem
quintum, qui ab omnibus christianis debet pro papa
et qui contempserit pro scismatico et
heretico est habendus

Questio sic stantibus

Conclusio prima cuilibet christiano viator sa
crosancte Basilien synodo de necessitate sa
lutis tenetur obedire patet per beatum Augustinum
ad Januarium assentem generalium Con
ciliorum saluberrimam esse auctoritatem
et si saluberrima est salutem continet
igitur qui auctoritati Concilii contradicit contra
salutem agit propterea sic ratione cuilibet
homo viator de necessitate salutis tenetur
obedire vel ecclesie igitur sacrosancto Con
cilio Basilien, tenetur quia quia sacrum
Concilium Basilien vniversalem ecclesiam
representat. Consequens patet, quia qui non audit
ecclesiam haberi debet ut ethnicus et publi
canus iuxta illud Mathei xviii dic eccle
sie et si ecclesiam non audierit sit tibi sicut
ethnicus et publicanus. Item quicumque re
sistit spiritui sancto non potest salvus fieri, sed
quicumque non obedit sacro Concilio Ba
silien resistit spiritui sancto, igitur omnis talis
non potest salvus fieri, quia tenetur in celaret
sed maior patet per illud Mathei xii cum
dixit qui dixerit verbum contra spiritum sanctum non re
mittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Sed
resistere spiritui sancto, quid aliud est quam dicere
verbum contra spiritum sanctum. Sed minor patet quia sacrum
Concilium Basilien regitur et gubernatur
spiritu sancto ut dictum est in principio igitur qui
non obedit resistit spiritui sancto. Item si non
quilibet christianus teneretur de necessitate salutis obe
dire sacro Concilio Basilien maxime
videretur de papa ut multi asserunt sed
hoc est falsum et hereticum. Nam ipsi pape scilicet
beatus petrus fuit obediens sacro Concilio
ut actuum viii dicitur cum enim apostoli

dicitur et apostoli audissent qui erant Jero
solimis congregati in Concilio quia re
cepisset Samaria verbum dei, statim miserunt
ad eos petrum et Johannem, et ipsi statim
obedierunt et ad eos iverunt et oraverunt
pro eis ut acciperent spiritum sanctum.
Item leo papa submisit se Concilio generali
et eius iudicio et determinationi vnde dicit sic
secunda questio vii Nos si incompetenter aliquid
egimus et in subditis iuste legis tramitem
non servavimus vestro ac missorum vestrorum cuncta
volumus emendare iudicio. Item beatus
Gregorius xv. distinctione Sicut sancti dicit quod quatuor generalia
quibus succedunt alia generalia concilia
recipere et venerari me fateor, cunctas
quod quas prefata concilia personas respu
unt respuo, et quas venerantur ample
ctor cum a dum vel consensu sunt constitu
ta se et non ista destruunt. Quisquis pre
sumpserit absolvere aut ligare quos ab
solvunt vel ligant. Cuius quidem decretum
maxime est notandum, quia si sanctus Gregorius qui
fuit papa non presumpsit hoc sed potius ut credi
voluit se subiugare conciliis generalibus
ut asserit quod cunctas personas que generalia
condemnant condemnat, et que venerantur
amplectitur. Similiter sanctus petrus et multi
alii pape ut zozimus vrbanus et Sicla
sius, obedierunt sacris conciliis, mirum
est hodie, cur multi oblatrant sacro Con
cilio quod deposuit Eugenium papam propter
demerita sua, cum hoc non sit novum depo
sitio paparum. Vnde sepe obedientiam iustis
ex causis summis pontificibus subtraxit
ecclesia etiam vt patet de Marcellino Ana
stasio liberio Johanne xii Benedicto ix
Benedicto tredecimo, et temporibus nostris in Con
cilio Constantien de Johanne vicesimotertio
et quidam depositi sunt per Imperatores
ut patet de Silverio et henrico Imperato
ribus, qui tamen inferiores erant vel ecclesia
Sed propter quid tales refugiunt sacra con
cilia non propter aliud nisi propter avaritiam
et cupiditatem eorum que non permittit
fieri reformationes in ecclesia dei tam
in capite quam in membris, propter quod illis
contingit sicut contingebat Ananie et

Zaphire uxori eius et Symoni mago
cui beatus petrus dixit pecunia tua tecum
sit in perditionem Actuum viii et consimilibus et
magis admirandum est de papa qui debet esse
primus ad obediendum sacris conciliis ut ipse
dixit cum christo fuit subditus et ipso christiano
exemplum dedi vobis. quemadmodum ego fe
ci et vos faciatis Johannis xiii Et probatur
sic alia ratione papa potest peccare Igitur ipse subi
citur legi errantem quia apostolus ait Si spiritu
ducimini non estis sub lege / subicitur autem in
quantum patitur correctionem secundum formam preceptum
christi qui ait Si peccaverit in te frater tuus cor
ripe eum inter te et ipsum Si te non audierit
adhibe tecum duos vel tres testes Et si eos
non audierit dic ecclesie id est concilio congregato
Et si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus
et publicanus / Et sub ista lege melius papa (?)
pape Nam dicit [illegible] ad Cor v°
Si quis frater in vobis nominatur fornicator
etc. In hoc loco omnem fidelem intellige
simpliciter Igitur papa est frater unus et supremus pon
tifex dominus noster Jhesus christus non dedignatus
est se nominare fratrem Johannis xx° Cum dixit
Marie magdalene Vade ad fratres meos
et dic eis Ascendo etc. Cum ergo papa est
frater subiacet correctioni secundum formam / et per consequens tenetur
obedire sacro concilio

Conclusio prima papa tenetur generalium Con
ciliorum statuta et decreta recipere appro
bare servare et defendere patet quia beatus gregorius stric
tissime servabat Conciliorum decreta viii
dicitur xxv. q. ii Si ea destruerem que ante
cessores mei statuerunt non constructor sed
eversor esse iuste comprobarer Et infra
eadem q. c. Quod nobis dicitis dicit Absit a me
ut statuta aliorum cum fratribus meis infri
ngam quia mihi iniuriam facio / si fratrum meorum
iura perturbo etc. Item frustra sunt
leges nisi sit qui tueatur eas / et quibus ma
gis debet et tenetur leges et decreta sacri
generalis Concilii tueri et servare que a spiritu
sancto sunt / quam papa qui est minister superior
ecclesie et dispensator misteriorum dei / et si
nollet ea recipere et servare resistendum est ei
in faciem exemplo beati pauli qui ad Galathas
ii° dicit quod pro eo quod petrus dabat occasionem
ut alii fideles non observarent decretum
de legalibus non observandis in tempore Conci
lio apostolorum paulus restitit ei in faciem
quia reprehensibilis erat eo quod non ambu
laret ad veritatem evangelii Sic ergo faciendum
est pape si non vult tenere decreta Concilii
ei resistendum est in faciem quia in iniuriam
dei et ecclesie ac fidei nullatenus dissimulare
debemus exemplo beati pauli qui cum [illegible]
ut supra dicit cum aliqui subintroducti
fratres subintroissent explorare libertatem
quam habent fideles in christo / quibus neque ad horam
cessit subiectioni ut veritas evangelii perma
neret   Conclusio secunda papa non immuta
re Conciliorum decreta Nam dicit Zozimus
papa xxv. q. i. contra statuta patrum condere
aliquid vel mutare / Nec huius quidem sedis
potest auctoritas etc. Sacra concilia sunt in
tanta reputatione ut quecunque decreta
in eis statuta dicebantur veritas evangelica ut dicitur
est in precedenti [illegible] non de beato paulo qui
ideo reprehendebat petrum quia non am
bulabat ad veritatem evangelii Et beatus gregorius
dicit xv. Sicut sancta dicit Sicut sunt tenenda
sancta evangelia sic sunt veneranda et am
plectenda concilia Sed papa non potest immutare
sacra evangelia Igitur nec sacri Concilii decre
ta / ymmo legitur quod si papa in Concilio
contra sancta decreta et statuta volebat
immutare aut cum eis dispensare aut contra
canones sanctos in Conciliis aliquid asserere
vel disputare non acquiescebatur ei ymmo
resistebatur ut expresse legitur in Concilio
Affricano In quo Concilio cum legati pape
ostendissent litteras continentes potestatem asserentes (?)
competere pape cognoscere de appellationibus
episcoporum iuxta deliberata in primo Concilio
Niceno Concilium rendit oportere videri
an ista gesta ipsius Concilii continerentur
fuit quod missum in Greciam pro veris
exemplaribus dicti Concilii quia ibidem non
fuit compertum quod papa per suas litteras asse
bat Consensum fuit non standum esse in hac littera
pape etc. Conclusio tertia papa [illegible] dissolvere
sine consensu Concilii non potest dissolvere
sacrum Concilium patet quia sacra Concilia
non sunt ex hominibus / sed ex deo Igitur non potest

dissolui, percellatur per homines licet bis uel
ter sit congregata in concilio, et hec cla
re ostenditur act. v ubi Gamaliel dixit
Si ex hominibus est concilium hoc aut opus dissol
uetur, si uero ex deo non poteritis dissoluere
ne forte et deo repugnare uideamini. Et
cum spiritus sanctus est in capite concilii ut di
ctum est in prima nona li[bri]. Igitur nec [illegible] potest
dissoluere sacrum concilium nisi ipse spiritus
sanctus. Et hoc patet per experientiam, quoniam
hoc sacrum concilium multas persecutiones
et tribulationes perpessum sit, et adhuc pa
tiatur a filiis suis et amicis sicut cum
multi quasi sint conversi in occasionem
frequentes dissolutionis eius; tamen continue immo
bile perseuerat. Nam tanto pondere fixit
illud spiritus sanctus ita quod nec de loco moueri
possit nisi quod placuit spiritui sancto et Christo
domino capiti eius. Conclusio secunda
Quilibet homo viator de necessitate salutis
tenetur obedire sanctissimo domino nostro Feli
ci quinto. Patet per illud Deut. xvii Qui autem
superbierit nolens obedire sacerdotis
imperio qui eo tempore ministrat domino morietur
homo ille et ibi promittit sequitur [illegible]
eius nec declinabis ad dexteram nec ad
sinistram. Et ad Ro. xiii dicitur omnis anima
potestatibus superioribus subdita sit. Non enim
est potestas nisi a deo. Que autem a deo sunt
ordinata sunt. Ideo qui potestati resistit
dei ordinationi resistit. Conclusio tertia sic [illegible]
Quilibet homo viator de necessitate salutis
tenetur esse in ecclesia et de membris milita
ntis ecclesie, quia extra illam non est salus
Sicut nec extra archam fuit salus; sed
quodlibet membrum de necessitate salutis subesse
tenetur capiti cuiusque ecclesie, quia aliter
non esset membrum nisi mortuum quia non
recipit sensum motum et influxum a capi
te ex quo sibi non subest. Igitur quodlibet
membrum ecclesie ut non moriatur spiritualiter
tenetur subesse capiti. Et sanctissimus papa
Felix quintus est caput ecclesie quia est
rite electus in papam, ut ex probatione nona
Igitur ipse est caput ecclesie tertia [illegible] ex nona li[bri] primi
Corollarium primum Quilibet homo de necessitate

Cor. 11

salutis tenetur subesse ipsi. Corollarium 2m Non
credentes Felicem quintum post depositionem
Eugenii esse papam, [illegible] peccant mortaliter.
patet quia tales non credunt illud quod ecclesia sta
tuit. Igitur tales peccant mortaliter. Tertia quia si [illegible]
tales non credunt illud quod statuit ecclesia
igitur spernunt ecclesiam, spernunt ecclesiam ergo spernunt dominum
iuxta illud Luce x Qui vos audit me au
dit, et qui vos spernit me spernit, tunc ulterius
spernunt dominum igitur peccant mortaliter, quia contem
ptus dei facit peccatum mortale ut per diffinitionem
peccati iuxta b. Augustinum igitur primum et ultimum
tales non credunt illud quod statuit ecclesia
Igitur peccant mortaliter. Tertia quia per quam [illegible]
dicas. Et hinc est quod b. Augustinus contra epistolam
fundamenti et contra Faustum hereticum dicit Non
crederem ewangelio nisi me auctoritas ecclesie commo
ueret. Cum igitur b. Augustinus ideo credit ewangelio quia
ecclesia id recepit et non alia, cur [illegible] modernus
non acceptat Felicem quintum pro papa
ex quo ecclesia eum recepit et tamquam summo pon
tifice nisi quia [illegible] fidei partem fauet
propter aliquod emolumentum corporis. Sunt etiam
neutrales peccant mortaliter ex eodem funda
mento propter quod illis [illegible] neutralitatibus
potest dici illud quod dictum fuit episcopo Lao
dicie Scio opera tua quia neque frigidus
neque calidus utinam frigidus esses aut ca
lidus sed quia tepidus es id est neutralis
incipiam te euomere ex ore meo Apoc.
iii etc. Corollarium 3m catholice
credendum est quod sine auctoritate Felicis ipsius
quinti in actu uel voto nullus potest saluari
patet nemo enim potest saluari sine sacramento
ecclesie in actu uel voto et specialiter baptis
mo quo ad originale et sine penitentia
quo ad actuale applicata aut [illegible]
non potest fieri sine auctoritate ipsius eidem [illegible]
faciendis ministris recipiat ab ipso auctoritatem
[illegible] ministrandi iuxta illud psalmi Sicut vn
guentum in capite quod descendit in bar
bam, barbam Aaron, quod descendit
in oram vestimenti eius, et per consequens cor
relarium verum. Corollarium quartum Summo
pontifici malo saltem malitia moris

Cor. 3

Cor. 4

de necc̄itate salutis est obediend[um] p[atet] per id
i petri ii° Subditi estote dominis vestris
non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis
Et p[atet] 2° Summo pontifice malus ma-
licia moris est tamen caput ecclesie ergo est ei
obediendum tamen generaliter ex probatum contrari[um] primi
Secundum antiquis patet Saul quo ad regiam potestatem
propter maliciam dicitur caput in Israel / Igitur a for-
tiori Summus pontifex malus est caput
ecclesie tamen generaliter quia potestas spiritualis excellit
potestatem secularem Secundum antiquis patet primi Regum
xv° ubi dicitur Nonne cum parvulus esses
in oculis tuis caput in Israel factus es
Et dixi notanter si est malus malicia mo-
ris Nam si est malus malicia fidei
ut si est hereticus notorius, tunc ei non
est obediendum Juxta apostolum ad Titum
iii° hereticum hominem post primam et terciam
correctionem devita Et Johannis ii° in Canonica
sua dicit Si quis venit ad vos et non
affert doctrinam istam nolite recipere
in domum vestram / sed nec ei ave dixeritis
Si autem est hereticus occultus / licet in veritate
non sit papa / tenendus tamen est pro papa / quia
ecclesia non iudicat de occultis sed de ma-
nifestis Ecclesia nulla presumendus est malus
nisi probetur

Conclusio 3a Quamquam pape et sacro
consilio Basiliensi sit obediendum, tamen magis
necessario ad salutem sacro Concilio Basi-
liensi quam pape est obediendum saltem si
mandant contraria primo [?] patet ex
prima et 2a conclusionibus, sed pro 3a probatur quia
sic potestas sacri Concilii est maior quam
potestas pape ergo magis est obediendum sacro
Concilio quam pape / sed antiquis patet Nam potestas
sacri Concilii tanta est ut porte infe-
ri non prevaleant adversus eam dicente
Christo Mathei xvi portae inferi non pre-
valebunt adversus ecclesiam meam, quam sacrum
Concilium representat / sed porte inferi pre-
valuerunt aliquando adversus summos pontifices
secundum quos venit ira dei et descenderunt
in infernum viventes cum neapnie [?] in taba-
bernaculis eorum Confirmatur papa potest
ergo est summus peccatori Nam quod potestas summus

est peccatori Johannis viii Sed universalis ecclesia
peccare non potest quia est virgo non habens ma-
culam neque rugam Juxta illud Canticorum iiii
Tota pulcra es amica mea et macula
non est in te Sic igitur est domina / sed domina ma-
iorem potestatem habet quam famulus / Et sic pre-
terea tam lex antiqua quam nova alicui
data singulares prerogativas dat ecclesie
universali quas nunquam dederunt alicui pape
quantumcumque sancto et bono Ipsa nempe
per tempora antiqua vocatur in Canticorum pre-
cipue Ego mater pulchre dilectionis, ecclesiastici
xxiiii° Vocatur a fidelibus Sancta mater ecclesia Ipsa vo-
catur per Jeremiam domina gentium Trenorum primo
Quomodo sedet sola civitas domina gentium Ipsa
vocatur Regina unde Regnum psalmo asti-
tit regina a dextris tuis Sic ipsa vocatur
sponsa dei Canticorum iiii Veni electa mea
sponsa mea Et Apocalypsis xxi vidi civitatem
sanctam Jerusalem a deo paratam sicut sponsam
ornatam viro suo Ipsa vocatur Corpus
Christi per apostolum ad Ephesios i° iiii° et alibi
Et ad Colossenses i° Sed papa non vocatur hiis
prerogativis primo quia ipse non vocatur pre ecclesie
sed propter honorem dignitatis vocatur per singula
Christianum Item papa non vocatur dominus ecclesie
sed tamen dispensator bonorum ecclesie Juxta
Corinthios iiii° Sic nos existimet homo ut
ministros Christi et dispensatores misteriorum
dei Item non vocatur Rex sed servus
servorum dicente Christo Mathei xx° quicumque vo-
luerit fieri inter vos maior sit vester mi-
nister Item non dicitur papa sponsus vel sponsa
ecclesie, sed tamen eius custodia ad custodiendam
sponsam / papa vocatur paranimphus sive de
intellectus sponse sancte ecclesie Item non
vocatur papa corpus ecclesie, sed tamen unum me-
brum quod est superius et primum in ecclesia
Singuli
quia omnes homines corpus sunt in Christo Singuli
autem alterius membra / ad Corinthios xii° et
sic ipse est membrum ecclesie generalis vice capi-
tis ecclesie / sed ecclesia solus est corpus Christi
fide Christi creatum ex multis membris fidelibus
bus in una societate sacramentorum ecclesie con-
gregatum, et tunc ecclesia tantum sit magis quam
sua parte pro perfectione, sequitur quod potestas ecclesie

est maior quam potestas pape Et tamen sacrum
concilium vitat errorem, quod est quod potestas
concilij est maior quam potestas pape
Corollarium primum licet papa convocat generalia
non tamen potestas eius est maior quam con-
ciliorum patet Nam ubi de fide agitur, tenetur
papa convocare concilium et pro tunc
sententia synodi maior est papa quod patet
in quatuor concilijs que fecerunt apostoli
cum beatus petrus convocabat, et tamen non erat
maior quam concilia Scribitur enim actuum
primo de electione Mathie ubi petrus
convocabat concilium centenarum et dixit
verba sua ad fratres suos et apostolos
dixit viri fratres oportet impleri scripturam
et tunc apostoli statuerunt duos et cecidit
sors super Mathiam et connumeratus cum
alijs xi discipulis ecce quod concilium
apostolorum statuit et ordinavit et non petrus
Et sic adhuc est maior potestas aliorum
quam pape De alijs tribus generalibus propter
brevitatem subsideo Corollarium secundum
potestas sacri concilij est maior quam
pape in auctoritate jurisdictione et exe-
cutione patet ex dictis Corollarium tertium
declaratio articulorum fidei non pertinet ad
solam personam pape sed [illegible] ad solum sa-
crum concilium patet quia sepe contingit
papam esse simplicem et minus literatum et
impossibile esset si fieri per se presumeret
quod totam ecclesiam in fide corrumperet
unde nec beatus petrus presumpsit per se sim-
bolum fidei edere, sed omnes apostoli simul
congregati etc. Corollarium ultimum tue
[illegible] ut promittitur est vera etc.
Sit nomen domini benedictum

Dilecto filio Rectori universitatis
Montispessulani utriusque juris
doctori

Dilecte fili Salutem et apostolicam benedictionem. Mittentes ad carissimum in Christo filium nostrum Karolum Regem Francorum Illustrem, et duces necnon universitates singulas, dilectum filium Guillelmum de Bavarchijs Cubicularium et familiarem nostrum Ecclesie Carnotensis Cancellarium in decretis licenciatum pro et pro dogmata concernentibus sibi commisimus aliqua circa predicta et quedam alia tibi referenda. Cui velis fidem credulitatis plenariam adhibere. Dat. Florentie sub annulo nostro secreto die xvi Junij anno quadringentesimo quadragesimo Pontificatus nostri anno xi. Blondus

Dilectis filijs Rectori et Universitati Montispessulani

Eugenius Episcopus servus servorum dei, Dilectis filijs Rectori et universitati Montispessulani Salutem et apostolicam benedictionem. Quia proximis temporibus nonnulla ab iniquis perditissimisque hominibus scanda-lum, in dei ecclesia ponere querentibus sunt disseminata, ut de auctoritate ac superioritate Romani Pontificis ac sancte sedis apostolice alia, minorque quam debeat opinio habeatur, placuit litteras apostolicas in forma libri quas lator harum dilectus filius Guillelmus de Bavarchijs Cubicularius et familiaris noster cum aliqua super predictis et quibusdam alijs commissionibus deferenda defert

ad veram consolacionem mittere
ut vestris solidissimis inconcussa-
bilibus que racionibus et sa-
cre diuinarum scripturarum sancte
sumptis quibus innititur nostre
iusticie fundamenta gaudeat, que
pie et laudabiliter fecistis hacte-
nus prout continuo facitis, no-
bis pro sentire similes eciam libros
mittimus karissimo in christo fi-
lio nostro Regi ffrancorum Illustri
et dilectis filiis nobilibus vni-
cum Regem dicatis / ac ceteris
vniuersitatibus / ut dogma de-
ceptionis quo lacius erat diffusum
eo amodo dumtaxat bonos et que dei
sunt / hactenus probe fecistis
veram et sedis predicte aucto-
ritatem contra malignos et perfidos
homines tueatur. Datum fflo-
rencie Anno Incarnacionis
dominice Millesimo cccc xlj pridie
Non. Mar. Pontificatus nostri
Anno Vndecimo

Eugenius Episcopus seruus seruorum
dei Dilectis filiis Rectori et v-
niuersitati Studii Montispessula-
ni Magalonensis dioc. Salutem
et apostolicam benedictionem. Et si nos du-
bitemus que scripturi sumus
iam dudum ad vestram noti-
ciam peruenisse tamen Basilien.
iniquitas celum et terras que
Sodoma suo clamore comple-
uit clamorem cuius beneua-
cia fidei fundamenta tenemur
euertere / tacere aut dissimula-
re non possumus verum et pro-
uidere compellimur quo salutem
religionis et fidei con-
sulamus scientes institucionem
summi pontificis in euangelica
lege causam cum potissimum
optinuisse / ut fidei vnitas et in-
corrupta seruaret. Cum ergo in
presenciarum catholice fidei leditur
integritas / communi statuente vnitate
ad tante impietati occurrendum
oportune compellimur / ut zelo in-
tacte et unitatis iudicia sacrileg-
tiae et [illegible]
Basilien. ausibus / sicut et pro-
fessionis vnio racio exigit ma-
xime resistatis / ne ad inuencionum
suis euangelii unitate corrumpe-
re molientes / contra stabilitatem et
ab inicio predicate fidei fundamen-
ta plerosque inductos simplices
que seducant. Premonebat apostolus
Paulus qui spiritum dei se habere
teneabat / talia hominum futura
portenta quibus impietatem tra-
deret ecclesia. Propterea ad thimotheum
in scribens prefatos futurosque
monebat dicens hoc autem scito
quod in nouissimis diebus instabunt
tempora periculosa / et erunt
homines seipsos amantes cu-
pidi elati superbi blasphemi pa-
rentibus non obedientes ingra-
ti scelesti sine affectione / sine
pace criminatores incontinentes im-
mites sine benignitate pro-
ditores proteruj tumidi vo-
luptatum amatores ma-
gis quam dei / habentes quidem speciem
pietatis virtutem autem eius
abnegantes. Et hos deuita. Certe
ne obstante malignorum effectu de
diuina depperando / scientes

falsitas / et veritati prevalet semper
tas consolabatur fideles dicens
Quemadmodum autem Jannes et
Mambres restiterunt moysi ita
et hii resistunt veritati homines
corrupti mente reprobi contra
fidem / sed ultra non proficient
Insipiencia enim illorum ma
nifesta erit omnibus sicut et
illorum fuit / Hos novissimos di
es dilectissimi insinuans ad ce
tremus tempora periculosissima
imminere terrenas quibus
filio perdicionis preparetur ingres
sus / nisi oportune quidem novis
adinvencionibus occurratur
Quando enim periculosiora tempora
instare potuerunt quam cum uno
impetu tocius fidei fundamen
ta quatiuntur / quod fieri neces
se est Cum sedes apostolica im
petitur que katholice fidei et
religionis est custos Quis
enim per baptismate conse
cratus possit ignorare vel de
beret tam fidei pertinere substanci
am / et inter credibilia quod
modo origine esse primarium
Ut unam sanctam katholicam et a
postolicam confiteamur ecclesiam
Quis porro non horret eccle
siasticam unitatem / Basilienses impietate
violantes negent tum aut du
as supremas introducunt in di
cta ecclesia potestates / aut si unam
tam esse contendant auctoritatem
summi apicem a sede apostolica
evacuare conantur / quod et evan
gelio et fidei katholice obser

vate / ac cum sacrorum doctrine et
vere fidei contradicat Quis
enim evangelii ubi sanctus audiatur
ignoret beatissimo petro cum
apostolorum principi totius gregis
dominici curam fuisse mandatam
et ipsum in universali ecclesia / et
super universalem ecclesiam diffusam
per orbem terrarum vel concilia
riter congregatam fuisse supre
mum pontificem constitutum / et
illud per deum non inter cum
suis successoribus fungentem
eius auctoritate et potestate mansuras
quo usque in fine seculi ecclesie
necessaria videbunt Videt hoc non
tantum katholica credit ecclesia
verum etiam hii qui nondum colla
per evangelio subdiderunt / co
mprehenduntur enim et sentiunt
quod romanus pontifex sup
remus jerarcha pro toto populo
christiano / ut super universam ec
clesiam per vicem fungatur
ac plenariam obtineat potestatem
hanc non potuerunt impiorum
machinamenta venabile quo
rum ad tempus impugnare
finantur / Quoniam quod dei filius
in assumpta humanitate funda
vit ordinavit cepit celum
et terra omnisque creatura
immutare non poterunt / Le
gant ipsi ecclesie et videant si
sanis lumine non videntes ev
angelicas literas / Concilia in
occidentali et orientali eccle
sia celebrata primum sanctis
simos doctores quos apostolice
sedis et quinte synodi a
pud Constantinopolim cele

bitate probant auctas dili
genter inquirunt Scrutentur
priscorum temporum magistros
atque doctores, quibus dudum
nobis archana et sacrorum doc
torum scripturarum clauerunt in
ueniant reuersi adhanc intel
ligenciam consonanciae, longum
nimis esset per epistolam angus
tia cuncta pertexere, ut unum
spectu singula adhanc rem
spectancia ponerem. Verum
quoniam ut ait apostolus Scienti
bus legem loquimur ut et sa
piencia loquimur inter perfectos
silencio illa transimus. In hac
vero impietate cum rabie dea
deuiunt isti ewangelii corrupto
res, quod intelligenciam scripturarum
non a catholicis sanctis que
doctoribus, sed ab heresiarchis
atque scismaticis vendicare vo
lunt. Quas enim scripturas
prauo intellectas illi ad robur
erroris sui sumendas esse cre
diderunt, easdem isti se mu
nire contendunt. Fuerunt noua
ciani donatiste nephandorum
scismatum et heresum inuen
tores, quibusdam scripturarum
locis suis erroribus blandi
entes. Basiliscus harum gemina
uiperarum, easdem ad robur
sue impietatis assumunt. Ecce
enim robore maiore se mu
nire conantur quod quod ubi sunt
duo vel tres in nomine meo
collecti, ibi sum ego in medio
eorum. Hinc se hee sancti spi

ritus pernicem profitentur. Hinc
se dicunt euitare non posse
Hinc sibi in ipsis ecclesia ...
rem dumtaxat usurpant. Et
alio capite Nouaciani sunt
scisma inuenerunt teste est
hiratur gloriosissimus Cyprianus
in eo opere inquo de unita
te disserunt, cuius quanta
in ecclesia dei sit auctoritas tes
tis est contra pelagianos doc
tor eius Augustinus dicit ergo
Ut enim verba ponamus uo
se quidem vana interpretacione
decipiunt quod dixerit dominus
Ubicumque fuerint duo aut tres
collecti in nomine meo ego
cum eis sum. Corruptores
ewangelii atque interpretes falsi
extrema ponunt ut superiora
preterant partis memorantes
et partem subdole corrumpentes
Dominus enim cum discipulis su
is unanimitate suadet ut sua
deret et pacem, dico inquit
uobis quoniam si duobus ex
uobis conuenerit in
terra de omni re quamcumque pe
tieritis continget uobis a patre
meo qui in celis est. Ubicumque
enim fuerint duo aut tres col
lecti in nomine meo ego sum
cum eis ostendens non multi
tudini sed unanimitati precum
tamen plurimum tribuens
si fiet quod mandant et una
nimiter duo aut tres collec
ti unanimiter orauerint impe
trare possunt de dei maiesta

te quod postulant

te quod postulant / ubicumque
sunt duo aut tres ego in
quit tum eis sum / ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ tum sim
plicibus sabbat atque precat
tu demum tinctibus / et dei
precepta servantibus tum hys
tum simplicibus sabbatis / Duo
quoniam et tum tribus se esse dixit
vis in camino ignis sunt / Cre
do et tum duobus apostolis
in custodia clausis / quia sim
plices et unanimes erant
ipse affuit ipsos resolutis
carceris clausuris / ut verbum
dei fideliter predicabant multitu
dini traderent ad forum dimi
sit impositi sunt / Quando ergo
in preceptis suis deus ponit / et
dicit ubicumque fuerint duo aut
tres ego tum eis sum / pro
bat discordia perfidis et fide
libus pacem sua bone conce
dens / ostendit magis esse se
cum duobus vel tribus con
cordibus qui tum dissidentibus
pluribus Plus enim impetrari
posse paucorum ~~[illegible]~~ concordi prece
quam discordi oratione multorum
Hoc scripsit martir gloriosissimus
Cyprianus non tantum affrica
nis atque occidentalibus veru
etiam ut Aug(ustinus) inquit Orienta
libus ecclesiis fama predicante
et scripta eius longe lateque
diffundente notissimus / Ex
quibus clarissime datur in
telligi / quanta cum scismaticorum

cesset impietas / qui id ad co
lorem sui erroris inducunt / tum
pateat nulla conspiracio ubi unus
diaconus precipitem fuisse contra
sed quod unanimiter concordes conspira
sunt mentes / Erant ergo Basi
liensis isti seductores atque vani
loqui tum Romanis ut tene
bras suas / et nisi resipiscant
pariter eterno igni conflantur
Donatiste etiam tum in affrica
scismata fecissent / et apud se ve
ram Christi ecclesiam manere dixis
sent / eodem se corrupte intel
ligencie capite muniebant
Veterno heresiarche atque scis
matici qui Johanne predecessore nostro
in sede apostolica apostolica presidente
scisma fecerunt et Petrum
de Corbario in ydolum erexe
runt iniquitatem suam hac eadem
radice fundantes / Fuerunt impie
tatis illius dyabolice funda
tores Marsilius de padua
Johannes de Gandavo Guilhelmus
ochani alii que nonnulli qui non
tantum sui temporis sed etiam fu
turi seculi homines veneraverunt
Unde procedit animus corrupte
la precum / qui de sanctis sacris
doctoribus qui ecclesiam dei illu
minant / se ad heresiarchas et
scismaticos contulerunt / Quid
ergo Basilienses horum imitato
res inscriptum divinis sacris
que doctoribus possent habere
intelligenciam / nisi quam ingiorum
suorum de venenatis fontibus ebi

blasphemant sunt heresiarche qui licet
doctrinis suis per apostolicam se-
dem anathematis mucrone
percussi, quamvis terrarum ubique fuge-
tantes in quodam angulo latu-
erunt, et in heresi contumaciter per-
severantes diem ultimum obie-
runt. Pariter sortiti cum Da-
than et Abiron quos pre mag-
nitudine sceleris infernus vi-
ventes absorbuit. Horum Basi-
liensium inherendo vestigiis pace
in ecclesia dei scismaticam scan-
dalum pepererunt, et nunc cu-
mulare non desinunt quo
imitatores sui erroris aggre-
1163 gant. Obiiciunt quod fore censi-
mus et tum cum diligentia
vigilandum necesse [illegible] dog-
matum assertores in ecclesiam
dei vivi sue impietatis ef-
fundant. Una enim est vera fi-
des, et que vere una esse non
potest, nec in ea contrarium potest
inveniri nec diversum, dicente
apostolo: Unus deus una
fides unum baptisma, una est
etiam ecclesia katholica in omni
terrarum orbe diffusa, unaque
est plenitudo ecclesiastice po-
testatis in beato Petro apostolorum
principe collocata, que eadem
licet maior aut minor in suis
successoribus nunquam in suo se-
culo perierat. Quod potuit
Petrus, hoc Silvester, hoc Leo, hec
ceteri post patres pontifices.
Et quod illi potuere nos possumus.
Verum ut in predecessoribus nostris

apostolice sedis Romanis auctoritate
prestare consensum et legitime
facta firmare, quemadmodum vero
iniqua actitata dampnare. Ro-
manus pontifex unus debet absque
auctoritate tradidisse. Nam et si [illegible]
nus imparibus meritis non
tamen imparis potestatis. Aliud
enim inquit beatissimus Leo
sunt merita presulum, aliud
sunt iura et privilegia sedium.
Dedit Nicene synodo auctoritatem
beatissimus Silvester synodum
convocando, presidentes vice sua
[illegible] destinando, gestis con-
ciliaribus firmitatem robur
prestando. Extant adhuc ipsius Ni-
cene synodi littere quibus
patres cum summa humilitate de-
poscunt ut illius gesta apostolice
sedis auctoritate confirmet. Extant
et alie quibus in synodo
Rome celebrata habita de li-
gena discussione [illegible]
Nicene synodi gesta confir-
mat. Extant beate memorie Ce-
lestinus papa Ephesinam sy-
nodum apostolica auctoritate firma-
vit, nomine suo certos ibi sta-
tuens presidere. Cum vero
nestorianam peste dampnata
Euthicheana heresis per
impietatis, et ad illam funden-
dam absolendam secundo apud
Ephesum Theodosii iunioris
tempore synodus vocaretur
eam beatissimus Leo apostolica auc-
toritate firmavit, missis Ju-
lio episcopo, Renato presbitero, Hylaro

diaconus qui suo nomine pre-
sederunt. Cumque Dioscorus
Alexandrinus antistes eam
synodum ~~ad approbationem~~
ad approbationem Eutychianam
erroris sibi et arte traxisset, et
apostolice sedis presidentibus vim quo
subscriberent inferre voluisset
ac fugam subire coegissent,
beatissimus Leo dictam synodum
universalem atque plenariam
et sedis apostolice communicatam
pro avita fide et canonicis
regulis damnavit, cuius auc-
toritate submonuit, et damp-
natis impie factionis aucto-
ribus Calcedonensi synodo
in conventum illius convocat,
impia eliminata Eutichia-
ni erroris insania, Dioscorus
pro sua temeritate et impietate
mulctatus est. Ad eam sy-
nodum missi sunt Paschasi-
nus et Lucentius episcopi, Boni-
facius et Basilius presbiteri, qui
sedis apostolice Rome presiderent.
Porro cum firmato Concilio
acta synodalia confirmari
auctoritate apostolica patres synodi
humiliter postulassent, beatis-
simus Leo ea dumtaxat esse
sanxit confirmanda que contra
errorem fidei in Alexandrina
et Anthiochena provincia
fuisset indultum, cuius in ea
se presidentes suo nomine ipsi
conspexissent tamquam indignum
damnavit quod veteris. Apparens

eam synodum ad contingendam
salubrem heresim ac confirmationem
fidei catholice congregatam
et presidentibus suis facul-
tatem in ea sola re fuisse con-
cessam. Extant ipsius beatissimi
Leonis littere que hec omnia ita
se habere testantur. Ex quibus e-
videnter claret Concilia plena-
ria semper auctoritatem a sede a-
postolica percepisse, nec fuisse illa
aliquid virtutis aut roboris
habuisse, et de ipsis iudicandi
apud eandem semper facultatem
iudicium quod resedisse. Gesta
ecclesiastica percurrenti clarissi-
me datur intueri concilia-
tas synodos persepe magnis
simultatibus et dissensionibus
laborasse, nisi quod fuisset apostolice
sedis auctoritas ceterarum maiorum
dissidiis vulnere previa, cum
tis compellentissimis et in eccle-
sia dei prestantissimis patribus
singula factione pendentibus, que
ita se habere beatissimo Gelasio
referente cognoscimus dicente
ad Episcopos per Dardaniam consti-
tutos: Cuncta per mundum no-
vit ecclesia, quod quorumlibet
sententiis ligata pontificum
sedes beati Petri apostoli ius ha-
beat resolvendi, ut pote quod
de omni ecclesia fas est habeat
iudicandi, neque cuiquam de eius
liceat iudicare iudicio, siquidem
ad illam de qualibet mundi parte
canones appellari voluerint,
ab illa autem nemo sit appellare

iussus. Sed nec illa praeteritur quod apostolica sedes sine ulla synodo praecedente et solvendi quos synodus iniqua damnaverat et damnandi nulla existente synodo quos oportuit habuit facultatem. Sanctae memoriae quippe Athanasium synodus orientalis addixerat, quem tamen exceptum sedes apostolica quia damnationi Graecorum non consensit absolvit. Sanctae memoriae nichilominus Johannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum praesulum certe damnaverat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit. Itemque sanctissimum Flavianum pontificem Graecorum congregatione damnatum pari tenore, quia sola sedes apostolica non consensit, absolvit; potiusque qui illic receptus fuerat Dioscorum sanctae sedis praesulem sua auctoritate damnavit, et impiam synodum Ephesinam non consentiendo sola submovit. Et pro veritate ut synodus Calcedonensis fieret sola decrevit, in qua pontificalis summi [illegible] qui latrocinio convenerunt Ephesino veniam postulantibus sola recepit, et in sua perfidia permanentes nichilominus sua auctoritate constrinxit, quod aggregatio quae

de multitudine reprobanda collecta fuerit est secuta. Quod sicut id quod prima sedes non probaverat constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandum ecclesia tota suscepit. Nonne beatissimus Gelasius Basiliensium flammas ante oculos evidentissima rerum demonstratione confodit. Et in meridiano clarissimo solis iubare tenebras esse persistunt, cogitent ad veritatem quanto errore teneantur. Verum quod Johannes scribit in illis non dubitamus impleri, hereticos confundi posse, emendari non posse. Dicat enim apostolus Paulus: hereticum hominem post primam aut secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui eiusmodi est et delinquit, proprio iudicio condempnatus. Ceterum si quis quales synodos occidentalis ecclesie incepit, reperiat inveniet apostolicam sedem non modo auctoritatem robur[que] dedisse, verum in omnibus semper magisterium iudicium[que] tenuisse. Celebravit Alexander tercius unam Lateranensem synodum, aliam Innocentius in Remensi, Eugenius in Lugduno, unam Innocentius quartus, in Viennensi aliam Gregorius X, Viennensem Clemens V, plures alias ante istas diversi celebrarunt pontifices, cum in omnibus ea solum robur habuerunt quae apostolice sedis sanxerit auctoritas

Cum sincere patres in Sy
nodis congregati / gesta sy
nodalia firmitate ab apostolice
sedis auctoritate suscipere [illegible] doc
torum ecclesie posuit primi
patrum. Ceterum omnia decreta
Synodica declarandi interpre
tandi dispensandi ab exordio
Religionis exordio / apud aposto
licam sedem semper mansio auc
toritas / nulla cuiuscumque Syno
di potestate concessa. Sed ergo
la plenitudine potestatis in beato
petro dei et Salvatoris nostri
vere collata ut enim inquit Ni
colaus papa ad Mediolanenses Romanam
Ecclesiam solus ipse fundavit
et super petram fidei mox nas
centis erexit / qui beato petro
eterne vite Clavigero terreni si
mul et celestis imperii iura
commisit. Non ergo quelibet
terrena sententia sed illud ver
bum quo constructum est celum
et terra / per quod denique omnia con
dita sunt elementa Romanam
fundavit Ecclesiam / Illius certe
privilegio utitur / illius aucto
ritate fulcitur / Unde non dubium
quia quisquis cuiuslibet eccle
sie ius suum detrahit iniustitiam
facit. Qui autem Romane Ecclesie
privilegium ab ipso summo omnium
Ecclesiarum capite traditum auf
ferre conatur hic procul dubio
in heresim labitur / et cum ille
notetur iniustus hic est dicen

dus hereticus / fidem quippe
violat qui adversus illam agit
que mater est fidei et illi con
tumax invenitur quem illam cunc
tis ecclesiis pretulisse cognoscit.
Et Nicolaus primus ad Michaelem
grecorum imperatorem inquit
Romane Ecclesie privilegia Christi
ore in beato petro firmata in
Ecclesia ipsa disposita antiquitus
observata / et a sanctis universalibus
Synodis celebrata / atque a cunc
ta ecclesia iugiter venerata nul
latenus possunt minui nullate
nus infringi nullatenus im
mutari. Quia fundamentum quod
deus posuit humanus non
